ms listed on typed list as #80

Bracciolini.
De miseria.

Poggij florentini de miseria conditionis humane

INTER VARIOS SCRIPTORES QVI
res diversas suis studiis complexi sunt, nulli mihi propius
ad hominum [illegible] utilitatem accessisse videntur quam ii qui ad coer-
cendas nimi[illegible] cupiditates tum etiam ad refrenandam
ambitionem superuacaneumque rerum fortuitarum appetitum,
perniciosa mortalibus mala suam operam contulerunt.
Nam qui huius vitae miseram conditionem legentibus exponunt
docentque nostras miserias omnis a fortunae bonis proficisci
ideoque modum statuendum esse cupiditatibus:
hii sunt profecto qui plurimum de humano genere mereantur.
Necesse est n. admodum reprimi cohiberique has superfluas in
quibus mergimur cupiditates cum intellexerint fortunae
m[illegible]era que tanto concursu expetimus, originem et fun
[illegible]tum nostris miseriis praebere inque illis consistere
[illegible] foelicitatis humane. Et certe omnes anxietates
[illegible] vitae molestie omnes animorum morbi contra-
h[illegible] fortunae donis. quae cum decora speciosique vi
de[illegible]tur alliciunt homines ad se expetendas ignaros sa
ne quan[illegible]s curis possidentes torqueant quantisque af
ficiant calamitatibus. Ad ea consequenda cum mens
hominum ceca ignaraque futuri omni studio anhelet, re
trahent proculdubio pedem a quo ceperant cursu. Si ad
moniti fuerint nullam fidem nullam certam spem in iis
rebus esse habendam que sursum deorsum versantur omnia
fortunae imperio reguntur. Hic divitias magno cumulat

coercendas ai cupiditates
refrenandam ambitionem

modum statuendum cupiditatibus

reprimi cohiberique

Munera fortune praebere originem
et fundamentum miseriis nostris

omnes anxietates / molestie vitae / morbi animorum

Nullam fidem / certam spem — decora: speciosa

divitias

studio insitus se foveam, in quam decidat, parare.

. opes. aplitudo.

alius opes sibi comparat: et amplitudinem, quas invidia sequitur: inque eis conservandis interdiu labore, noctu vigiliis vexatur. Hic summum locum in civitate ac magistratus eximios querit, ut in se comparet: tum odii tum exilii

. Magistratus.

locum. quidam suarum civitatum tyrannidi incubuerunt ignari, ut videntur, raros huiusmodi homines violentam

Tyrannidi Civitatis.

mortem effugisse. Uxor et liberi ab aliis petuntur. At

. Uxor. liberi.

ii quantas, et quam graves secum ferant curas: angoresque mentis norunt: qui eiusmodi molestias sunt experti. multi valitudine formaque corporis letantur: rebus ad breve tempus duraturis: et quas tenuissima res possit conficere ac delere. Amplissime dignitates: principatus, regna, imperia, nihil aliud scimus esse quam blandimenta fortunae: que quam multos destituerint, luserint, everterint. Et legimus, et ipsi vidimus: haud parva humane miserie documenta. Quapropter qui harum rerum nimias cupiditates ex mentibus hominum delere conantur, suadentque parum commertii cum fortunae donis habendum esse: prae caeteris consulere iudicandi sunt tum quieti corporis, tum animi tranquillitati: quae duo, si sana mens foret, essent rebus caeteris anteferenda. Ut igitur, et nos aliquid utilitatis ad vitam hominum nostris lucubratiunculis conemur afferre duobus libris expressimus, prout ingenii facultas tulit, quanta sit miseria conditionis, qua nati sumus: et quantum homines suis cogitationibus destituantur: ut perspecta naturae imbecillitate, precipitem sibi casum struere cognoscant, qui fortunae temeritati nimium crediderint.

Valitudo / forma } corporis.

Dignitates. / principatus. / Regna. / Imperia. } blandimenta fortune

quieti corporis. / Tranquillitati animi. }

lucubratiunculis.

Ingenii facultas.

Nature imbecillitas. }

fortune temeritas.

suisque cogitationibus aliquem praebeant tranquilliorem portum, ex quo veluti ex specula quadam tuti prospiciant eorum tempestates, qui se procelloso fortunae vento commisere. Non autem ignoro me eam sumpsisse scribendi materiam, que excellens ingenium exquisitam doctrinam summam eloquentiam requirant. Sed nil amplius a nobis postulandum est quam quod possimus praestare. Hunc autem laborem, utcumque homines de eo sint iudicaturi, ad publicam certe hominum sumpsimus utilitatem. Tibi vero illustris princeps hoc opusculum inscripsi, quem scio tuorum progenitorum praeclarissimorum principum vestigia imitantem, delectari doctorum hominum ingeniis et libenter legere quae a me scribuntur. Quamvis autem certus sim equitatem moderationemque animi tui omnem abs te infoelicitatis suspitionem propulsaturam esse: tamen non tibi parum profuturam arbitror huius operis lectionem: tum ad praecavendas fortune insidias que non effugiunt huius vitae miseriam tum ad tutiora consilia capescenda. Nam cum velut in speculo, perspexeris quam multos fortuna tamquam in spectaculum vulgi luserit, eamque in bello plurimum posse, maiori quadam providentia te illius arbitrio permittes, eiusque munera hesitanti capies manu. Summam quippe gloriam rebus pace et bello gestis pro tua prestanti virtute es consecutus, quam tibi non solum conservandam censeo, sed etiam augendam. Suadeoque ut potius confidas virtutum praesidio que in duce belli requiruntur, queque in te sunt eximie, quam fortunae indulgentiae quam raro experiri tutissimum esse viri sapientes volunt.

procelloso fortunae vento.

Excellens ingenium. Exquisita doctrina
Summa eloquentia.

utcumque homines sint iudicaturi.

delectari doctorum hominum ingeniis

Equitas. } animi.
Moderatio.

Consilia capescenda.

Non fortuna multos lusisse: et in bello plurimum posse.

pace et bello gestis rebus.

Conservandam: augendam.

Virtutes in duce belli.
Non fortunae indulgentia.

EPTVAGESIMVM & SECVNDV̄

aetatis annũ agens, cum e rhomana curia: in qua annis ferme quinquaginta fueram versatus, florentiam revertissem: publico, ad secretorum nr̃e reip. officio consilio accitus, visebam saepius meo pristino instituto praeclarissimũ atque integerrimum virũ cosmũ de medicis. tum civem ornatissimũ tum admodũ studiis humanitatis: qui pluris menses podagre morbo domi se continebat. Varii nr̃i sermones erant: tum de rebus ad cõmunia studia spectantibus: tum de his in quibus civitas ut plurimum suam sententiam requirebat. Contigit aut̃ aliqñ: ut cum plures ibi adessent, de ratione belli. quod vigebat, colloquentes inferretur a nonnullis iam tritus sermo constantinopolitane urbis: & miserrime captivitatis. conquerentibus tam asperã, atque inmanem barbarorũ crudelitatẽ in cede ac sanguine fidelium debachatam. Quidã verbis augebant calamitatem susceptam. futuraque christiani populi pericula extimescebant: nisi aliis: & consiliis: & viribus tali incendio subveniretur. Singuli denique in eam sententiam descendebant, ut nullam prioribus seculis duriorem neque pernitiosiorem urbis alicuius captivitatẽ asseverarent. id.n. vulnus christifidelibus illatũ affirmabant: quo dubitandum esset, ne pestem pernitiosissimã consequeremur. Urbem illam tanq̃ ianuã quãdã prebituram teucris aditum ad occupandas reliq̃s europe nationes in hac praesertim mutua christianorũ

dyssensione. Nullum esse christianum regnum pacatu. nullam ferme gentem: nullam prouinciam absque bello: eos: qui suis eent opibus reprimere, & contundere ui res infidelium soliti: domesticis discordiis implicatos esse: Italiam quae sola suis armis terra marique profligaret potentiam barbarorum uariis bellis quassari: Ita ui dolebant communem graecae ruinam, ut de propria extimescerent: cum omnes hebescere uiderentur: ad ferenda praesidia, quibus hostilis impetus cohiberetur.

§ Cum post uarios sermones abissent omnes: praeter Mathaeum palmerium uiru doctissimu: atque omni uirtute praestantem, percontari cepit Cosmus: quid de hac luctuosa sentiremus captiuitate: quam omnes tam multis uerbis ita deplorarent, atque augerent: ut constans esset opinio nihil magis pestiferum christianis accadere potuisse: & simul de uarietate tempor querebat & fortunae seuitia, Existimans nil crudelius: nil acerbius multis seculis auditum. Tum Mathaeus ego inquit humanitatis tantum, cu tante urbis ruine commiseratione arbitror esse habendam: Si uero graecorum naturam, mores, uitam perfidiam, desidiam, auaritiam expendas: digni mihi omni supplicio uidentur. Primum quae sit eorum natura, quae uita satis a cicerone nro exprimitur in ea oratione que est pro L. flacco: qua fide, qua religione, quo animo erga christianos semper fuint, declarat plurium exercituum christianorum interitus: qui cum ad terram sanctam recuperandam proficiscerent: uariis eor insidiis: sunt extincti. bis iam fidei professionem catho

Nullu Regnu pacatu. gētē pvinciam sine bello.
Italia que sola suis bell quassari.
Matheu palmeriu. doctissimu: ōi virtute pstatē.
deploraret.
Nil crudelius acerbius Auditu
Natura. Mores. Vita pfida desidia Auaritia grecorū.
qua fide Religioe Animo erga christianos
bina pfessio katholice fidei i concilijs.

Math.
pro L. flacco.
interitus exercit christianorum.

luce in conciliis factam abnegarunt. Tanta uero in illis tum ignauia: tum auaritia ualuit: ut cumpluri-
mo auro argentoque habundaret: ne nummu quide;
impendere ualuerunt in eorum urbis tutelam: cre-
do ut opulentiorem preda teucris relinquerent. cum
certissima fama sit ingentem & ultra q cois fuerit
opinio in illa urbe thesaurum fuisse repertum. Sep
Pontificum praesidia in rebus dubiis implorabant et
quod ipi met sibi subsidiu praestare facillime potuisset.
ab aliis requirebant: ut non casu sed diuino iudicio
ea calamitas accidisse uideatur. Fateor tame quis eor
culpa tanta urbs perierit esse eam crudelitatem etiam
in barbaris deplorandam. hunc tame lamentabilem
tante urbis casum magnifaciendu puto ac minime con-
temnendu. Verum non tam sunt haec admiranda
q putantur uulgo: Siquis fortunae in rebus humanis
solutam licentiam atque imperium animaduertat.
eiusque in dandis auferendisque opibus principati-
bus imperiis regnis instabilitatem. Non .n. nunc pri-
mum in euertendis ciuitatibus gentibus prouinciis
uires suas ostentat. Antiquus est illi ludus alta quassar.
Hunc extollere: hunc deprimere: regem ex seruo: ser-
uum regem facere. Adeo aut constat frequentes fuis-
se etiam magnarum urbium desolationes: ut minime
uideatur mirandum illam tonare circa sublimio-
ra & summa fastigia demolliri. Scitis no eam solum
urbem capta ab hostibus ac direptam. Sed plures amplis-
simas ciuitates superioru temporum monumentis: que
post referent non tantum simili sed etia maiori clade

Casu magifaciendus

Ignauia / Auaritia

Nota licentiam FORTUNE

Antiquus ludus FORTUNE

Desolationes urbium

& sanguine hostili furore deletas. haec miseriam mag
dolore ac fletu prosequi deberemus: nisi maior infoe
licitatis moles. maior rerū metus occurreret: cui cō
quadam nature lege subditi esse videmur. Non igit
nobis unius tantum urbis. sed universi orbis esset calami-
tas: atque infoelicitas deflenda: que adeo vulgatur
in omnes. adeo genus humanū complexa est ut nulla
tanta esse posset dicendi copia: que pro communi mi-
seriarum qualitate parem rebus eloquentiā praestaret.
Videtis publicam naturaque sensibus nris infixam mi-
sere vitae legem parentis exprimi culpa contractam
Hinc nra omnis infoelicitas pendet: hinc errores uitia
scelera hominū ortum ducunt: ex quibus vite huius
miseria propagat. Hinc peccandi atque a virtute
declinandi facultas: occasio materia prebita ē. quibus
rebus satis palam constaret mortalium mentes in mise-
rias incurrere deflendas: si vacaret singulatim nras
recensere ac revocare calamitates. Quid ē. n. vita nra
nisi peregrinatio quedam laboris errorū & stultitie
plena. Hec heraclitus ille philosophus mente versans cō-
tinuo fletu stultitiam hominū. miseriamque prosequebatur. Dolebat sapiens ille tam stultam esse hominum
vitam. Lugebatque humanū genus ad insaniā pro
lapsum continuus in erroribus versari. recta consilia sp
nere: negligere virtutem. vitia summo studio sequi. odis
se bonos. fauere malis. et semper temere atque importu
ne petere. quae animum nrm summis angoribus variisq
molestiis: ac perturbationibus agitarent. Itaque vitam
hanc omnē deflendam arbitrabat: tanq fontē uberri-

[Marginalia, left: Dicendi copia. / pare rebus eloquentiam / heraclitus]

[Marginalia, right: Calamitas / Infoelicitas } universi orbis. / pu. lex miserae vitae ... / Infoelicitas : errores : vitia : scelera. / facultas / occasio / materia } peccandi / Vita nra peregrinatio quedam plena } Laboris / Errorū / Stultitie / Nō. errores humanī g[e]n[er]is / Vita haec nra deflenda]

mum ex quo multiplices nrē infoelicitatis uitaeque molestie riuuli emanarent. Quanto melius inquit cosmus egisse democritus dicitur: qui non fletum sed risum erroribus hominum accommodabat? quid .n. stultius aut uiro sapiente indignius q̄ flere id quod corrigere nequeas? aut ex eo dolorem minime profuturū sumere: quod nullo pacto queas immutare. Ego potius miseriis nr̄is modum censeo statuendum q̄ uerbis augendas esse aut certe inuestigandum quē ad modum leuiores eas nobis efficeremus. Satis natura ipsa difficilis est fragilisque etiam consilio adhibito ad obsistendum incommodis nr̄is absque illis grauitatem maiorem & durum pondus: nr̄a cogitatione & malorum memoria adiciamus. Fateor plurimas esse uitae nr̄e molestias: & magnam esse humani generis imbecillitatē. Fateor pluribus fortunae uentis nos esse expositos: & naturam nr̄am fragilē esse. Sed data sunt etiam nobis commoda permulta & firma praesidia: quibus tuti esse possimus aduersus fortunę minas: & hanc quam narras miseram uitę conditionem. Multa largita est nobis blandimenta nā: multasque iocunditates ac uoluptates etiā honestas concessit quibus eiusmodi miseriarum pondere leuaremur. Uxorem praeterea dedit. Liberos nepotes pronepotes: in quibus tamq̄ in speculo nrē imaginis exemplar intueremur. Dedit insuper longam progeniem diuitias opes amplitudinem honores magistratus imperia: summum ī ciuitate locum que nos aliquo uelut impendio demulceret.

Cos.
Democritus

No. nō flēdū q̄ corrigi nequeat.
plurimae molestie
Mag. imbecillitas humani generis.
Cōmoda
psidia ꝯ fortunā
Uxor
liberi nepotes
progenies: diuitie
opes. Amplitudo
honores: Magistratus
imperia: summus ī ciuitate locus.

& animum nostrum a molestiis avocarent et perducerent ad tranquilliores cogitationes. Id vero quod plurimi faciendum est: concessit nobis conditor omnium deus rationem rebus caeteris excellentiorem: ad quam tamquam munitam arcem confugeremus: cuius praesidio fulti consilioque parentes rebus modum statueremus. ne progredi longius quam eius praescripta patiantur: sineremus nostras cupiditates. Illius sane praeceptis ad beatam perducimur vitam: vendicamurque ab omni miseriarum tumultu. Id tibi certe ratio prestabit. si ei obtemperaveris, ut firmo: constantique sis animo adversus utramque fortunam: ut omnes casus equo animo feras: ut immobilis: ac tui iuris nullos reformides miseriarum tumultus: ad nullos metus expavescas: libertateque utaris ea: qua tectus sis ab omni fortunae bello: & ad presentia mala constans & intrepidus ad futura. Sed quoniam communi stultitia a paucis virtus colitur: locus datus est tum fortunae: tum vitiis amplissimus: ad nos diversis egritudinibus ac libidinibus perturbandos. Cum enim rationem hoc est virtutem que est recta ratio neglexerimus: nosque multiplicibus cupiditatibus rationi adversis inservierimus tamquam a vero itinere aberrantes: nullum quietis portum reperimus: vagi: instabiles anxii solliciti: ut quos libido huc illuc transversos agat: nullo certo fine cupiditatum: quo fit ut ipsimet nostris malis aditum causamque prebeamus. Subimus enim fortunae omnia pro nutu suo que more vertentis arbitrium cuius temeritate regitur.

plurimi faciendum est.

Nota de RATIONE nobis a deo concessa.

Comunis STULTITIA.

RATIO VIRTUS.

Vagi.
Instabiles.
Anxii.
Solliciti.

p. 87.

precipue uulgi: atque imperatorum uita. Quare
haud mirũ debet uideri si multis miseriis implicita
uidetur humana condictio. Culpa id certe accidit
nrã: non naturae. qui dotes illius nobis ad bene
uiuendum datas. malisque depravatas moribus
uertimus in perniciem nrãm: serui fortunae fũ
cum liberi esse possemus. Tum ego dabit mihi ueniam
mathaeus mq̃. si paucas ad ea, quae a te dicta sunt.
respondebo. Opinor cosme ideo tibi ita uideri: quod
caeteros forsan tui similes. & cũ uirtute, & uitae ĩ
tegritate: fide, constantia iudicas. Sed non omĩs
idem ingenium: eandẽ mentem, easdem opes: copias
facultates: easdem naturae dotes: afferunt aduitae
molestias propellendãs. Vni cum podagre ĩcommodũ
inte conspicimus: reliqua deus opulenter congessit
quae sunt homini praecipue exoptanda. Vt hãc
unam corporis egritudinem plurima, & cũ & for-
tunae dona compensare queant. Sed quid sentie
mus de reliquis: quorum hunc summa inopia. hũc
malum pessimum stultitia, alium prolis orbitas. aliũ
caecitas. quosdam debilitas corporis. nonnullos tũ
carcer, tum patriae calamitas. quosdam effera im-
manisque natura adeo premit: ut se ultro mise
ros profiteant̃ qui omĩs longe a te dissentirent.
uterenturque Terentii uerbis: tu si hic sis aliter
sentias. Itaque minime mirũ leuem tibi uideri
miseriam nrãm: aut nõ adeo diffusam, ut existi
mes omnes mortales illi subditos esse. Verum senti
ret aliter ille: cui quae tibi adsunt: deessent omĩa

diceretque uentrem plenum ueteri prouerbio facile de ieiuniis disserere: testaretur suo exemplo inops: nihil esse miserius paupertate. Patria pulsus nihil exilio infelicius. Ignobilis nihil difficilius contemptu hominibus carens: nil durius aetate: eger corpore nil morbo miserius asseuerarent. Stultinunquam de sua stultitia conquerentur. Nullus enim adeo demens repertus est qui aut de stultitia quereretur: aut doleret sibi sapientiam deesse. Plures insurgerent contra tuam sententiam uariis casibus acti: qui nihil affirmarent hac uita miserius nihil difficilius esse probatissimis testibus contenderent ad paucos descendere: in paucioribus immorari secundam fortunam. Aduerse autem latum campum et peruagatum esse cum prospere sit: breuis: atque angustus. Vitam hanc omnem: tum breuem esse, tum fortunae libidini iniquitatique addictam: iniqua magis quam equa lance acta hominum ponderantis: Hanc maxime bonis ac fortibus infestam uiris: quos pro arbitrio oppugnet uirtuti precipue inimica, illius temeritati nos subditos esse: uiribusque eius magis obnoxios quam rationi. Asseuerarent praeterea rationem quam super fortunam consistere arguis: sopitam quodammodo cedere ictibus fortunae, et illius contumacia formidare. Hinc morum praeceptor scribit seneca nos in fortunae regnum durum atque inuictum peruenisse: illius arbitrio digna atque indigna passuros: abuti eam impotenter contumeliose crudeliter corporibus nostris. Alios ignibus urere alios per incerta maria nudos iactare ex quo omnem uitam nimium tum

Seneca.

uariis casibus acti

FORTUNA.
Secunda fortuna circa paucos
Aduersa Largissima

Vita haec breuis fortune addicta

Fortuna inimica uirtuti

Ratio super fortunam

Regnum fortunae: durum. Inuictum.

Casus fortunae.

supplicium esse affirmat: tum flebilem totam tum uarijs plenam casibus: atque infestam. Nam quod datam nobis rationem asseris qua fortunae uires debilitarentur: fateor id uerum esse: quoad animum spectat, siquis illa libere uti posset. Sed plurima obstacula & tanquam duri obices oppositi sunt, adconsequendam uirtutem. Concessit nobis rex parens natura unicum tantum rationis praesidium: quo firmiores contra fortunae impetum staremus. Sed debilitauit illud plurimis hostibus ac propugnaculis: non enim ueteranos solum milites: sed uarias machinas ac tormenta comparauit: quae illam continuo bello expugnarent. Videtis quale quantumque sit non agmen: sed exercitus: innos undique irruentium uitiorum: quibus inualescunt animorum morbi contra rationem adpraelium descendentes. Quanta contra uirtutem insurgat acies improbitatis. quantumque sapientia a stultitia oppugnetur: magno insanorum fulta comitatu. horum omnium rationis: ac uirtutis hostium: si uires considerabis: difficillimum profecto iudicabis esse unicam rationem tot oppugnantium certamine depressam, uim suam posse in tam dura atque diuersa acie exercere. Bellantur enim atque acriter rationem persequuntur auaritia prodigalitas. Luxuria: metus: Temeritas. Libido: emulatio, superbia, ambitio: & sexcente perturbationes animi, aduerse ualide infestissime rationi: quarum uim pauci sunt adhuc reperti: qui ratione superaret. Maximam uero mortalium partem seducunt, & rapiunt in arbitrium suum. Quotum enim quemque & in ciuitatibus

Ratio unicum praesidium contra fortunam.

debilitatio rationis.

Uitia insurgentia in nos. et uirtutem ac rationem.

Improbitas.

Stultitia.

Auaritia. prodigalitas. Luxuria. metus. Temeritas. libido: emulatio. Superbia. Ambitio. et Alie perturbationes animi.

bene institutis reperies uirum bonum: honestum continentem qui se uendicet a uitiorum contagione. ne dicam miserrima seruitute? Omnes declinauerunt inquit profeta, simul inutiles facti sunt. non est qui faciat bonum. non est usque ad unum. Si nemo bonum facit: si declinauerunt omnes, certe ad malum declinauerunt. Malos autem & improbos cum miseros esse constet: sequitur ut omnes uitae miseria conficiantur? Quid est enim in hac uita miserius: quid infoelicius quam carere uirtute? quam uitiis deditum esse? quam non obtemperare rationi? qua qui uacuus sit homo uel belua potius. ut stultus sit atque insipiens necesse est. Nullum autem insipientia maius malum. nulla maior calamitas. Ergo concedat oportet: quoniam mali sunt omnes & miseros quoque esse. Nam Uxorem: filios. nepotes reliqua quae circa enumerasti: hanc uitae miseriam noluisti propellere. uide ne ea potius miseriarum irritamenta esse uideantur: & quae iocunditatem uitaeque subsidia putas afferre, secum amplam materiem infoelicitatis importent. Sunt enim omnia illa bona a fortuna mutuo concessa nobis, que, cum placuerit, repetendi summum ius habet: quo autem magis nos fortuna suis muneribus exornat: eo plus est illius potestas mutabilitasque extimescenda. O fortuna Terentianus ille adolescens: ait. quam numquam perpetuo es bona. Tragedus quoque res humanas ordine nullo fortuna regit. spargitque manu munera ceca: peiora fouens. quam paucis autem diutius fortuna indulserit. quam fuit inconstans multorum quos delusit exempla admonent. Id sane constat.

Margin notes (left): Propheta. — Insipientia — Terentianus. — Tragedus.

Margin notes (right): quis reperitur uir: bonus, honestus, continens. — Omnes declinauerunt. — quid in hac uita: Miserius. Infelicius. — Uacuus uirtute, scilicet ratione, stultus est, atque insipiens. — Uxor. filii. nepotes. — Munera, potestas, Mutabilitas: fortune.

plus doloris amissa illius beneficia praebere: q̄ possessa volupta
tis. Vxor vero liberi nepotes: coniuncti summe sunt io
cunditatis si & vixerint diutius & fuerint boni. Suspen
sus est & dubius animo tamen quilibet. & continuo pa
vore incertus metuens, aut uxoris mortem, aut filij
peccatum aut morbum filie ut terentius ait. Vides
praeterea multorum orbitatem quos fortuna adopes
extulit ac dignitates. Vides alterum propter bonorum
liberorum interitum dolere: alterum ob malorum vitã
Vides multis satius fuisse futurum nec liberos prolem
ullam: nec uxorem unq̄ duxisse. Scis plurimos
ob divitias perisse. plures honorum cupiditate suis urbi
bus exactos. his bonis omnibus si bona habenda sunt:
que antea recensuisti & sua mala permixta noveris
& annexas calamitates: opulentiam paupertas qui
maximus habetur cruciatus sequitur & inopia: o
pes ac divitias: egestas: & solitudo: valitudinem ex
cipiunt morbi: dignitati atque honori proximus ē
contemptus. liberorum proli orbitas succedit. Impe
rium aliquando servitio mutatur. Mitto quod
ea quibus foelicitatem comparari putas: instrumē
ta vitiorum: cupiditatum irritamenta voluptatum
illecebre: acerrimi libidinum stimuli esse cõsueve
runt. Et enim inpeccãdi licentia difficillimũ est ho
nestum servare. Divites inquit tragedus: regnoque
fulcti plusq̄ fas est petunt: quod non potest: vult pos
se qui nimium potest: quibus ex rebus mihi persua
deo: adeo communem hanc miseriarũ esse labem
ut neminem ab ea excipiendum putem. Tum cũ

8

. Math.

uiderer: dicendi finem esse facturus: adde his Matheus si libet inquit: ut nostro marte (ut aiunt) aliquid conficiamus: quod natura ipsa comprobare uidetur sententiam tuam: que primum infantis in lucem editi opus statuit esse fletum: Lacrimas: Lamentationes: tanquam natam praeuidente se palam expositam esse in uastum atque immensum miseriarum pelagus: quibus in primo iam ortu sequeritur esse deprehensam, & hoc uitae primordio lamentatur. iacta esse reliqui futuri temporis fundamenta. uidetur qui primo natus est. cum nihil aut boni aut mali norit, natura impellente futura presagire calamitates: naturalique instructu presentire uitae mortalis incommoda: Morbos: paupertatem: exilia: carissimorum nobis obitum: animi corporisque uitia & reliqua detrimenta fragilitatis humanae. Incertum quoque uitae nostre cursum fieri fortune arbitrio incertiorem: ut nulla alicuius certi temporis ratio sit futura. Vereor ne si antequam nasceremur exposita nobis esset huius nostre uite conditio, ingredi recusaremus: tam paruo nauigio, tam uastum mare. tam tempestuosum, eosque scopulos euitaremus: a quibus praecipiteremus prospicuum nobis naufragium immi nere. Considerate oro quam optanda, quam iocunda hic uitam introeuntibus exposita esse uirgilius describat: & eos si potes, miseros esse nega: Vestibulum ante ipsum inquit primisque infantibus ora luctus: & ultrices posuere cubilia curae pallentesque habitant morbi: tristisque senectus. Et metus ac mala sua fames: & turpis egestas: Terribiles uisu forme letumque

Right margin notes:

Conditiones naturae nostrae in primordio vitae.

certissimum.

Quae sit in vestibulo nostri ortus.

Left margin notes:

Virg.

Luctus.
Curae.
Morbi.
Senectus.
Metus. mala sua.
Fames.
Egestas.
Letum.

Labos. Sopor. Mala gaudia. Bellum. Talami Eumenidus. Discordia

labosque. Tum consanguineus leti sopor, & mala mentis gaudia, mortiferumque aduerso in limine bellum, ferreique eumenidum, talami: & discordia demens. An uero censes, cum hic optimus comitatus ad uitam ingressis sit tributus, nos uiribus nris tantam miseriarum aciem effugere posse? magna mole: magnis hostium copijs, magna molestiarum cohorte premimur cosme: ut nequeam inspicere: quis aditus: aut que facultas detur nobis ad effugiendas quae ab ipso ortu nascuntur nobiscum difficultates:

C.

Quae cum ab eo dicta essent, consideremus inquit cosmus que a nobis dicta sunt: paulo diligentius: & uestram sniam uberiori sermone discutiamus: que an probanda sit, uiderint hij qui in maiori quadam facultate uersantur. Loquar tamen quae ex tempore ueniunt, caeteri suam opinionem seruabunt. Ego quamuis fatear fortune: hoc est dei indulgentiam in me satis propensam fuisse: animique dotes a te explicatas sciam in me esse mediocres, tamen multos fuisse memorie proditum est, in hac una urbe, & nostra & maiorum nrorum etate: qui ad extremum usque uitae finem summa cum foelicitate consenuerint: ut omnium iudicio uiderentur ab hac ut ais communi miseria segregandi. Patrem inquit tuum Mathaeus optimum uirum atque insignem pietate semouendum cognouimus ab hac turba, preter eum neminem: cui non multa defuerint ad foelicitatem.

Loquitur tamen que ex tempore ueniunt

Mathe.

Loquitur hic de patre Cosmi

At parens tuus perhumanus fuit: ac liberalis summa preditus beneficentia, a quo nihil abfuisse uidetur ex his

quibus humana foelicitas comparat͂. Et . n. & animae & corporis & fortunae bonis accumulatissime praestitit reliquis aetatis sue viris. Mittamus cosmus ait de nob loq: ne nosmetipos: quod invidiosum forsitan esset: cõmendare videamur. Id vere possum dicere plures ex hac urbe simul cum foelicitate ab hac decessisse vita: quos ad effugiendam vulgi varia sentientis opinionem praetermitto. Rectius inprisci & antiqui viris recensendis collocabitur oro nra: qui tum Doctrina tum rerum gestarum gloria claruerũt. Nã ut barbaros preteream qui se tyrannorum q̃ regum similiores esse maluerũt: stultum videt viros graeciae sapientissimos. Lycurgum. Solonem. Aristidem. Lysandrum. Socratem quoque: ac Platonẽ: caeterosque egregios philosophos: qui relictis fortune donis se philosophandi studio dediderũt. Alexandrum insup miltiadem Agesilaum. Themistoclem. Epaminundam. Reliquosque summos graetie imperatores qui foelicissimi putantur existimare miseros fuisse. E nris vero brutum fabricium publicolam corruncanũ camillũ catones. Lelios Scipiones rutilium ciceronem innumerabilesque alios ab omni miseriarum labe intactos praestitit egregia illorum virtus. Justi enim sapientesque sunt habiti. & cum virtute que procul omnem a se miseriam repellit vixisse. Non igitur omnibus hominibus hec tua imperat misera condictio vitae sed stultos tantum atque ignavum & imperitum comprehendit vulgus quod nulla ratione nulla

Cos.

Anime / Corporis / Fortune — Bona.

plures foelices moderni tpib.

ad idem Antiqui tpib.

Viros grecie Sapientissimos philosophos.

Imperatores grecos: Alexãder. Miltiades. Agesilaus. Temistocles. Epaminunda.

brut. Fabrici. publicola. Coruncan. Camillus. Catones. Laelios. Scipiones. Rutilius. Cicero.

Virtus Miseriam repellit

Vulg. ntta [Ratoe / prudentia / sapiente] fulctu.

prudentia, nulla uirtute fulctum, more pecudum, solo mouetur sensu, impetuque uolumtario quodam ac repentino. hi fortune manus porrigentes: eique parentes: huius seculi miseriis se obiectant. Aristo-telis sententiam nosti: dominari fortunam in populis: ibique eam plurimum posse: ubi minimum insit sapientiae: a qua quidem omnis nostra manat infoelicitatis occasio. Nam qui se illius nutui gubernandos tradunt: qui se illi permittunt: qui muneribus inhiant inque eam spem rerum suarum ponunt: non infoelices esse non possunt. qui uero suorum operum ducem ac moderatricem rationem & uirtutem habent, eiusque praeceptis obtemperant, sunt ab omni fortune temeritate & miseria tuti. quatiuntur ad fortune uentum non numquam: sed agitati robustius insistunt contra eam, uirtutis presidio muniti: euaduntque in omni aduerso certamine superiores. Hic ego non de unius atque alterius cosmi sed de communi conditionis humane miseria sum locutus. Scio quosdam excipi posse ab hac miseriarum sorte: quos dei pietas reliquis insigniores uirtute fecit: sed sunt nigris cignis & coruis albis: ut dicitur, rariores. omnia preclara rara effecit natura: perpauci iudicio parent rationis: pauciores uirtutis prescripto reguntur. Vix unum: quem merito probes: singulis aetatibus reperies. Quidam sunt inquies: at pauci: quos equus amauit iupiter: aut ardens euexit ad ethera uirtus. At uero que portio est hec inter

Aristo.

no. ubi plurimum fortuna

Ratio / Virtus

Euadunt superiores

Pog.

Virg. paucí quos aequus Amauit &c.

uniuersos? Non ego de unica tanq̄ fenice uerba facio aut stoicorum sapiente: qui nusq̄ repertus est, sed de genere hominum quod clare uidemus: tum regi a fortuna, tum ultro auocare oēs miseriarum quibus illi praebeat locum ad se lacerandum. Inbecilles sumus natura omnes: neque ulla sapientia obsistimus fortunae temeritati: que cum in suam nos ditionem arbitriumque redegit, infinitis pene miseriis sursum deorsum pro arbitrio uersat. In omni re profecto fortunam dominari Salustius scribit. & eam pro libidine magis q̄ ratione omnia regere atque miscere. Sed cicero quoque in suis epistolis plus in rebus humanis fortunā posse ait q̄ rationē. & omne consilium in fortuna positum esse uideri. Theophrasti quoque sententiā legistis: uitam nrām a fortuna regi: non a sapientia, que si uera sunt, miseros nos esse necesse ē: qui tam fallacis domini tam proditoris: tam iniqui seruitio premamur. Nam quod lycurgum Solonem Socratē Fabricium Catones: ac reliquos quos enumerasti extra miseriā fuisse credis, id ego tibi si aliqua ex parte concesserī animū scilicet uirtute preditum nulli miserie subesse. & tā q̄ sui uiris fortunā omnem aspernari, tamē & corporis: & fortunae bona: que sue ditionis existunt, multis incommodis doloribus morbis calamitatibus quae summā miseriam contrahūt labefactare pōt: Nam quem in dandis muneribus suis letitia ac uoluptate perfudit, eundem in auferendis dolore miseriaque torquebit: non enim nobis sapiēs Stoicus

Margin notes:

Inbecilles sumus natura.

Salustius

Fortune uim xscr: oīa ī re dnār: et p libidine magis q̄ ratione regit, atque miscet.

Cicero.

Theophrastus

lycurgus: Solone: Socrate, Fabricius: Catones.

Animus.

Corpus. bō. fortune.

Laetitia ac uoluptate perfudit.

Stoicus.

queritur: qui in tauro phalaridis futurus sit beatus:
sed de communi hominum natura, deque publica
totius humani generis miseria disputamus, quã
negare non potes: maiori ex parte et complecti illos
quos nominasti. Aut enim prestantissimi viri sunt
pulsi civitatibus: eiecti patria, varie necati mise-
ria huius vitae non caruerunt, aut misere ci-
vitates censende sunt, que erga cives de se be-
ne meritos ingratissimas se prebuerunt. La-
cedemonii: quorum de virtute multa dicuntur.
Lycurgum virum sanctissimum: prudentissimumque
civem senem optimum: a quo leges acceperunt eas: qui-
bus septingentis ferme paruerunt annis: expule-
runt ea urbe: quam institutis optimis conservavit.
Quo solo facto. Lacedemonius populus arguitur fuisse
miserrimus. Pari in causa videntur athenienses,
miserrimi iudicandi: qui solonem unum e septem
sapientibus: qui urbem optimis legibus munierat
exilio mulctavit: Credo ut ei gratiam pro tanto
legum premio exilii calamitate referrent. Socra-
tem virum sapientissimum apollinis oraculo iudicatum
iniquissimo iudicio oppressere. Aristidem qui so-
lus in tanta civitate iusti cognomen est assecutus,
quia nimium iustus videbatur, in exilium eiecerunt.
Ut magis ob id iniquum facinus atheniensis popu-
lus quam aristides exulasse videatur. Nunquid nam
tam perverso iudicio civitas tam ingrata non est cen-
senda miserrima: que optimos cives: sapientissimos
viros: summos imperatores vinculis carcere exilio
morte.

Commun. miser. gñis humani.
Miser. ī pstantissor. viror.
Lycurgum legislatorē.
populus Lacedemonius.
Athenienses.
Solonem.
Socratem.
Aristidem Iustum.
Exilio mulctavit.
In exilium eiecerunt.
Nunquid.
vinculis. Carcere. Exilio. Morte violarunt.

morte uiolenta uitam finire coegit. Milciades Atheniensis dux sapientissimus post illam marathoniam pugnā, in qua centum milia hostium cum decem milibus superauit, populi iussu in uinculis est defunctus: Simon eius filius propter belli gloriam, inuidia pulsus extra patriam obijt diem suum. Photionem clementia liberalitate uirtute praestantem: iniq[ue] ab atheniensibus peremptum extra patrie fines sepeliri coegit: exēplaper multa prebens: quo maxime praemio ciuitas illa, bene de se merentes ciues soleret afficere. Similem uitae exitum Demetrius phalereus sortitus est, uitio ingratissime ciuitatis. Quid loquar de themistocle cuius nauali prelio uirtus classem Xersis Regis potentissimi profligauit: ex quo salus patrie parta est, non eorundem quos saluarat, sententia in exilio est defunctus. Idem exitus Alcybiadis summi Ducis fuit: quem ingrata patria compulit in exilio mori. Horum praeclarissimorum uirorum casus: ut uideor, testantur, aut miseros illos fuisse qui tam crudelia fata sortiti sunt, aut miseras ciuitates, que suos liberatores, ac deffensores tam ingrata beneficiorum memoria carcerarunt, expulerunt, occiderunt. Nam quod alexandrum inter eos nominasti: qui ab hac conditione miserie possent excipi, ille mihi miserrimus omnium qui unq[uam] fuerunt, esse uidetur: Siquidē crudelis: ebriosus: superbus: supra conditionem humanam elatus: ira feruens: orbis predo deterrimus: amicorum pestis nepharia fuit. Quae igitur cum tot uitijs foeli

Marginalia (left): obijt diē suū. — Afficere pmio. — classem profligauit. — cōpulit ī exilio mori. — Carcerarunt. Expulerunt. Occiderunt.

Marginalia (right): Milciades dux. — Pugna Marathonia. — cētū millia cū decē millib[us]. — Simon eius filius. — Photionem: Clementia, Liberalitate, Virtute — pstā[n]tē. — Demetrius. — Temystocles. — Xerses Rex potētissim[us]. — Alcybiades summ[us] dux. — Alexander: Crudelis, Ebriosus, Supbus, Elatus, Ira feruens, orbis pdo, Amicoz pestis.

Carthaginenses imperatores.

citati societas esse potest: profecto nulla nisi uitia uir-
tutibus equare uelimus. Omitto carthaginenses: qui
suos imperatores bellica uirtute preclaros: aut expu-
lerunt urbe: aut in crucem sustulerunt: quos crede- In crucem sustulerunt
re uacasse miseria minime prudentis hominis esse
uidetur. Sed ne romanos quidem quorum uirtutem

Romani.

tantopere scriptores extollunt, extra miseriam hanc
fuisse concedam: tantum erga suos auctores, de-
fensores, propugnatores ingrati: tam inter se tur-
bulenti: tam suis pestiferi ciuibus: tam iniqui uir-
tutis extimatores fuerunt. Marcum coriolanum: camillum:

M. Coriolanus.
Camillus.
Scipiones.
P. Rutilius.

tot Scipiones patrie liberatores: aut iniqua plebis
sententia ex urbe pulsos legimus: aut in carcerem
duci iussos: aut uiolenta peremptos morte. P.
Rutilius uir optimus ac sanctissimus iniquissimo
plebiscito exulauit: qui postmodum, reuocante silla,
redire in patriam noluit, dicens se non posse equo
animo in eam urbem reuerti: in qua plus arma plus arma
quam leges ualerent. Posteriorem catonem Stoice uir- quam leges ualebant

Cato posterior.

tutis uirum tum repulse ignominia Ro. populus,
tum multis contumelijs notauit. Inuenti certe
sunt: qui catonis faciem sputis caput firme macula- faciem sputis macularent
rent, tanta populo Ro. cura uirtutis fuit, quem mul-
tis ego de causis dicam fuisse miserrimum. Nam que
foelicitas in ea uiguit urbe: que tam erga bene de bene de se meritos
se meritos ciues, tam crudelis extitit: tam semper
intestinis dissensionibus: externisque bellis ac cla- Intestinis dissensionibus
dibus quassata, suorum aliorumque continua cede Continua cede
rapinis: spolijs: incendijs crassata est. Ea tum semper Rapinis.

Crassata Spolijs.
Incendijs.

miseram uitae rationem experta est, Tum uero maxiē cum ciuilibus bellis dictatorū consulum triumuirorum seuitia immanitateque laceraret. cum ciuibus exhausta clarissimis, tot excellentium uirorum proscriptione caedeque defessa tandem, perdita libertate, ad unius que imperiū redacta: non imperatorū sed prodigiorum detestandam crudelitatem passa corruit. quid illi ciuitati miserius accidere potuit: q̄ .M. ciceronis cum dextra manu caput, unius ebrij edicto affixū conspicere in ijs rostris: in quibus uir optimus: patrieque amantissimus: Ro. populi salutem defendit saepius contra impetus ciuium perditorum. Quid infoelicius illi fuit urbi: q̄ octauij cinne. carbonis. Marij: Sylle: q̄ trium portentorum non crudelitatem, sed insanā rabiem, ciuium sanguine redundantē, fuisse multo tempore in suam perniciem perpessam. Dicant caeteri atque opinentur ut uolunt. caesarem Augustum in quem plura q̄ in alium quempiam dona fortuna congessit nunq̄ concedam fuisse foelicem: Ego hominē ciuium patrie. reip. ciceronis proditorē. qui arma pro salute publica accepta in nepharia illius seruitutem conuertit: qui libertatem patrie abstulit. qui ciceronem uirum sanctissimū de se optime meritū parentem patrie regnandi gratia antonio trucidandum concessit: qui seuitia plus q̄ tyrannica usus occidendis: trucidandisque ciuibus defessus saecietate: modum proscriptionibus fecit, miserrimum fuisse contendam. Missos facio reliquos triumuiros: qui q̄ foelices extiterint et uite turpitudo

Ciuilia bella

dictatorum. Cōsulum. triumuirorum. Saeuitia

No imperatorum. Sz prodigiorum. Edictum

M. Ciceronis caput

Ciuium proditorum.

Octauij Cinne Carbonis Marij Sylle crudelitas

Caesar Augustus non foelix.

No. q̄ fortuna plurima indulsit Caesari Augusto.

Ciuium. patrie. Rei. p. Ciceronis. proditorē.

Seuitia plus q̄ tyrannica.

Triumuiri

Infoelix: miserq(ue) exitus vite.

& infoelix miserque uitae exitus declarat. hoc sane asse-
ram, & illam urbem nunq(uam) effugisse eam quã dico: co(mmun)is
miserie calamitatem. et unum tantum tot seculis
in ea. Q. scilicet metellum hitum esse foelicem. Nex- — Q. Metellus foelix.
sitanti uirtutem facimus ut ea sola nos eximere ab o(mn)i
miseriarum seruitute possit / & uirtute quoque
uacuos hoc est malos: & uiciosos, miseros esse ne-
cesse est. Non .n. parua uidetur miseria, carere — Virtute carere miseria (est).
uirtute: flagitio, & turpitudini deditum esse: mi-
sera est igitur omnis peccantium uita. nullusque — Misera vita peccatorum.
morbus est, animorum egritudine, pernitiosior. At — Nullum (est) morbus sine egritudo animi; (et) (est) pernitiosior aliis.
uero omnes ferme malum hoc / quod est pernitiosis-
simum uexat. Miseros ergo improbos esse omnis
necesse est, & quidem q(uod) late pateat, nequitia no-
sti. q(ue) que sint imprompta uitia. & q(uod) undique — No(ta) de vitiis.
in nos incursent: quibus quanta difficultate obsi-
stamus: testis est uita n(ost)ra: tum sceleribus: tum fla-
gitiis plena. Nemo uitiis sine nascitur, inquit
horatius: optimus ille est qui minimis urgetur. — horatius.
Itaque fatendum uidetur cum omnes in uitio
sint, eos: & miseros esse: At uero uitam n(ost)ram
uniuersam, distrahi uitiis: agitarique palam co(n)-
spicitur. Ardet alius auaritia, Alius Luxurie ad- — Avaricia. Luxuria.
dictus est. hic seruit ambitioni. Alteri superbia — Ambitio. Superbia.
d(omi)natur. Hunc torquet cupiditas dominandi — Cupiditas d(omi)nandi.
alius odio, atque inuidia laborat. quosdam alienis — Odium. Inuidia.
iminere opibus: non nullos, questui: & cumulãdis — Aliene opes. quaestus.
diuitiis inseruire uidemus. Sunt quos paup(er)tas — Cumulatio diuitiarum.
ad mala impellat facinora. Sunt qui uariis uo- — paupertas.

Illecebres voluptatu. luptatum illecebris capti directa uia detorqueant. Multimodis hominum uita ad questum faciendu dedita est exercitijs: quibus fraus annexa est & uo luntaria quedam necessitas mentiendi. Sunt in star quidam tantali: qui in affluenti rerum copia neque famem neque sitim propulsent. Videre licet quosdam ad illa adipiscenda superfluis incumbere laboribus: que parta postmodum maiori molestia afficiat possessores. Vt satius fuit futurum sua illos spe frustratos fuisse: quam quod cupierint adeptos: omni studio querunt illa potissime: que cum diffi cultate potita difficilius teneant. Quid est .n. tam stabile: tam firmum: tam solidum in ijs: quorum nobis usum fortuna concessit: quod non eius ius ad libido dissipet, atque euertat. Omnia haec illius arbitrio reguntur. nullique se tantu largitu ram pollicetur: quin tantudem se minetur (cum libuerit) ablaturam. Quare non tam letandum est his: que mutuo dedit utenda nobis: quam semper metuendu ne cum uoluerit cogaris amittere. Labuntur humana semper, ac fluunt: nunquam in eodem statu permansura. Ea conditione natura constituit singu la, ut in occasum, atque interitum uergant. Illorum qui uulgo foelices putantur si cogitationes & curas inspexeris interiores: inuenies profecto inanem hanc externorum speciem bonorum & um bratilem pompam multis ac uarijs anxietatibus circumuentam. Rectissime scripsit horatius: Non .n. gaze neque consularis: Summouet lictor miseros

Margin notes (left): Illecebres voluptatu. — Fraus. — Mendacium. — Affluet rerum copia. — Labores in adipiscendis. — Molestia in retinendis. — Omnia fortune arbitrio regi. — humana semper labi, fluere; eodem nunquam statu per mansura — horatius

Margin notes (right): rerum stabile, firmum, solidum. — nature vergir in occasum. — Inanis species; Umbratilis pompa — bonorum externorum

Miseri nimlis? Curae. mētis. hospites po tentior.

tumultus. Mentes: & curas laqueata circumtecta uolantes: hi sunt potentiorum hospites: quorum in atriis: & cubiculis sedem sibi elegerint. At ubi illi adsunt: raro quies animi: aut curarū portus: aut ulla foelicitas habitare consueuit. plus decoris hĩc uident: q̃ uoluptatis: quippe quę (s. bō. extra) tanq̃ ad theatri aut porticus ornamentā sunt mutuō ad ludos celebrandos commodata: que reddere sit necesse ad alterius uoluntatē. At quo plura ad huius modi rebus possides: quoniam fortunae satellites uidentur, eo maiori, ne repetantur, torqueris cura. Ipsimet qui fortunae bonis fruuntur saepius uerbis exprimunt: q̃ anxius sit eorum animus: q̃ suspensus: q̃ pauidus: ad incertos atque improuisos casus: Nam quam foelicitatem praestare poss haec fucata fortunę munera. Durissima qdē res est egestas: quam rerum copia precessit. Nā quod illos extra miseriā putas: qui donis fortunę florent, unde ne scias res sese habeant. Foelices extimantur, qui opibus excellunt, qui exuberāt copiis: qui facultates amplas sunt assecuti qui imperia ascendunt, quibus uxor, & optata proles data est, haec profecto summe sunt uoluptati: dum adsunt, Sed incerti sunt temporis dona: & anxia illorum tutela uidetur. Nullus praeterea adeo diues fuit unq̃: qui suis modum statuerit cupiditatibus. qui non concupierit: quesieritque maiora, Crescit amor nummi: quantū pecunia crescit: earum rerū sollicitudo inquietā reddit

q̃ Anxius Suspensus pauidus aīus.

Fucata fortune munera

opes. Copie. facultates. Imperia. Uxor. proles.

Vita { Inquieta / Turbulenta

uitam ac turbulentam. Pauet enim auus futuri sol-
licitus: cum semper inter spem metumque uersetur.
& ad omnē auram expauescat. Mihi uero hi: qui
appellantur foelices eo caeteris miseriores uidentur:
quo maior peccandi libertas est illis concessa. Noui-
mus ipsam male agendi licentiam peccatis locum
praebere. Unde notum est prouerbiū. nos licentia
fieri deteriores: probatissimamque illam uideri sē
tentiā utile esse: ut nequid nimis. Quis enī ī diui-
tiis: opibus, rerum opulentia, in ampla fortuna, a tur
pitudine, scelere, flagitio abstinetur? quis horū
in suis dictis: factisque rationem habet officij? quis
uirtutem sequitur? quis illius paret institutis? ma-
gna profecto probitatis sollicitudo apud eos esse con-
sueuit: maxima uitiorum frequentia. Ut uero
reges: principes: & potentis uiros missos faciam, qb;
libido est pro uirtute: quorumque de infoelicita
te in quodam meo libello disserui. ut omittam
militiam sequentes: quorum uita omnibus inqui
nata flagitiis: nil miserius: nil infoelicius esse potest.
Ut opifices quoque omnis: quibus fraus magis quam o-
pera opitulatur: ut illos insuper qui doctrinam su-
am in quaestum traducunt: qui lucri causa ius in
iniuriam uertunt, ut in quam huiusmodi homines
praeteream, quorum exercitio uitae miseria an-
nexa est: quid uulgus hominū stolidū: atque igna
uum rationis expers: quod beluarum more ui-
detur, ad pastum procreatum esse: nō ne fateberis
in eo stultitiā: infoelicitatem, miseriā sibi domiciliū

Margin notes: pauet auus. — peccandi libertas. — N. de agendi licentia. — pibus — Diuitiis / Opibus / Rerum opulentia / Ampla fortuna } a { Turpitudine / Scelere / Flagitio — libido pro uirtute. — Reges / Principes / Potentes uiri / Sequentes militiam — Opifices / Doctores — Mercatores — Vulgus hominum { stolidum / ignauum / rationis expers — Stultitia / Infoelicitas / Miseria

elegisse: a quibus neque secunda: neque aduersa
fortuna equo animo toleratur. Ad nequitiam sane
prona est eorum uita: omni uirtute posthabita:
quare necesse est cum uirtus a bulgi consortio proscri-
pta uideatur: miseram esse hanc uite huius conditio
nem. ut si recte quorumuis mortalium deprauatam
naturam, & mores peruestiges: nullus ab hac uite
miseria, liber esse censeri queat. Hic paulum sub-
ridens cosmus: caue fas inquit poggi: ne hi nostri qui
religioni dicuntur dediti: & ii presertim, qui publice
paupertatem ostentant, quique se normam euan-
gelicam sequi dicunt te in iudicium uocent, asseren-
tes non rectam, aut ueram esse tuam sententiam
cum eam uitam uiuant: cui nulla in re fortuna
dominetur. Abiectis enim illius bonis: neque de
crastino ut aiunt, solliciti: libere. quiete. beate. degunt.
procul ab omni miseria remoti. Multos afferent
sanctos ac beatos uiros ex eorum ordine profectos:
in quibus nephas sit putare aliquem aditum ulli mi-
serie datum. Nam qui praeceptis dei inherentes
spiritu sancto aguntur, in beatorum numero, & uiui
& mortui sunt habendi. Magna est ut nostis reli-
gionum uarietas. magna in illis hominum multi
tudo, ex quibus reperies plurimos, & nostra: & supe
riorum memoria, quibus dei benignitas aeternam
gloriam est elargita: Ab his certe omnis absunt infoe-
licitas: nam si ea [difficilius] fortunae arbitrio a nobis sua
repetentis omniaque uersantis oritur, ii profecto
qui a se fucata illius munera abdicarunt, tuto uer-

Cos.

preceptis dei inherentes etc. / sunt in numero beatorum

aeterna gloria

uirtus a bulgi consortio proscripta

Nostri de Religiosis

Paupertatem ostentant
normam euangelicam

Vitam uiuunt

Libere
quiete
beate } degunt

sati: cum in castris virtutis sua praesidia collocassent:
gloriae celestis sunt participes facti: qui ne dum mi-
seri non fuerunt: sed multos ab hac humanae vi-
tae miseria, verbo, & exemplo liberos reddiderunt.
Itaque palam constat hanc tuam naturae miseriā
non esse omnibus communē: cum eius rei q̄ sit na-
turalis: oporteat omnis participes esse. Tum ego nolo
inq̄ cosme: in eorum descendere certamen: quos
dixisti dedicatos religioni. Nam & eorū natio ma-
xima est: & ad lacessendum parata, contra me p̄-
sertim: a quo se illi putant in quodam meo libello
contra hypocritas edito [fuisse] lesos: Sed hanc pro-
vinciam mathaeo relinquā: cuius summa auctori-
tas est & prudentia, & quid de ipsorum foelicitate
opinetur, liberam sententiam ferat. Video Mathae-
us inquit, & hanc aciem nimis valedam a te [poggio] subter-
fugi: & tibi cum multis ex eis eandam consuetu-
dinem esse: Scio te vereri ne quis eorum, de quib;
recte sentis se existimet a te offensum: sed vera loq
unicuique licet. quis Terentianus ille dicat, obseq-
uium amicos: veritas odiū parit. Proferam igitur post-
q̄ hoc onus in me recipis: quid mihi de eorum re-
ligiosorum foelicitate videatur: qua in re certus
sum: doctos: sapientes: probos: aut aliqua preclaros vir-
tute mecum esse sensuros: reliquam plebem velu-
ti rusticanam atque ineptam contemno: horum
tam maxima pars absque ulla difficultate fateretur:
suam vitam multis ascriptam miseriis [ut sibi] quibus a-
lieno, & appetitu & arbitrio q̄ vivi equo aīo sustineant,

sit uiuendum. Verum non ego tibi ut antea testa- [Cosmo]
tus est poggius de uno aut altero cultu religiosis
electis loquar: sed de communi omnium que quidem
durior mihi uidetur condicione. Scis aquam natura
frigidam esse: et tamen calide quedam reperiuntur.
Sunt etiam absque ullo sapore. Maris tamen salse
est quedam uero amare, aut dulces prout fert
regio per quam labuntur. [aque] qualis natura sit forma
hominis nullis sane mentis ignotum est. Nascuntur
aliqui tamen aut bicipites aut manci aut du-
plicatis membris aut corpore debilitati aut de-
pressis digitis aut multiplicatis. neque uero ista ue-
luti monstra naturam immutant, omnibus com-
mune siquidem omnis nostra natura infirma est:
debilis languida: uariis morbis tum animi tum
corporis corrupta, sensibus subdita: quibus cum
apostolus paulus sibi bellum continuum esse scribit.
et legem in membris suis esse quandam legi men-
tis repugnantem: ut non quod uelit faciat sed quod
nolit. Si ergo uas electionis: quem deus segregauit
in euangelium suum, quo cum loquebatur christus:
adeo nature legem, hoc est sensus nostros: et uarios
ac morbos sibi querebatur infestos: ut quod nollet
facere cogeretur: quid de hac humane fragilitatis
massa legi subdita peccati dicemus? Non ne faten-
dum est, ab ipso ortu nostro humanam naturam infelici-
tatem et miseriam contraxisse? quam si euita-
re ita difficile apostolo uidebatur, ut diceret:
quis me liberabit a miseria corporis seruitute. qd

Aqua non frigida

Forma hominis uidetur

aliqui in aliquo nascuntur ex parte forme non

Omnis nostra natura infirma est

infirma / debilis / languida / morbis corrupta / sensibus subdita

Paulus vas electionis

N. ista humane fragilitatis legi subdita peccati.

Natura humana infelicitatem / miseriam contraxisse

Ab ipso ortu nostro

misera corporis seruitute

caeteris accidet: qui carnis mole oppressi: qui animi
perturbationibus cedentes, sceleribus oppleti rationis
inscii absque uirtute: uitam ducunt bestiarum
ritu? Certe iudicandum est eos esse miserrimos.
Fateor plures fuisse. & esse quos sibi elegit deus: — Electi a deo beati.
& in hac uita: & in futura beatos. Verum nō mutat
isti nām humanā: aut fragilitatis nrē condicionē.
sed omnes superant non suis uiribus sed altissimi grā, — gratia Altissimi.
quias apostolus querebat, difficultates. Paruula est — Paruula portio foelicium.
ista foelicium portio si in uniuersum hominū respitias
genus. Vna hirundine ut ait aristoteles: nequaquam de- — Aristot.
signatur estas: quemadmodum astrologi terram hāc — Terram instar puncti ad uniuersum caeli ambitum.
omnē instar puncti ad uniuersum celi ambitum
esse uolunt, ita illi quos beatos fatemur minusque in-
star puncti reperientur ad multitudinem caete-
rorum. Nam qz religioni dicatos attulisti qui se — Nō quales sint religiosi uidēt posse iudicari miseri.
asserant ab omni miseria remotos ob hoc ipm mise-
ros duco: quia non sentiant miseriam suā. Perniciosus
enim censetur morbus qui stupida & nil sentientia
membra reddit. Do tibi multos ex eis esse quos pp
uitae sanctitatem propter ingeniū, & doctrinam
nunquam miseros appellarem. Religiosos quoque ne- — Religiosi necessarii.
cessarios puto ad tuendam, & conseruandam fidē
cum plurimum proficiat in populis ad uitia coercē-
da, a uerbo & ex°: sunt ueluti fidei nrē propugna-
culū. Sed in tanto diuersarū gentium conuentu et
tam uaria immensaque hominum turba si bonos a
malis segreges si doctos ab indoctis si a sapientibus
stultos si a solertibus ignauos: hunc pauci reperient.

Si bonos. Doctos. Sapientes. Solertes. Segreges a malis. Indoctis. Stultis. Ignauis.

quos probare queas. Illinc quos quidem improbes ingens hominum vulgus occurret ignobile ac superstitiosum: quos si vacare vitae miseria opineris: vide ne longe decipiaris. horum seclusa pars a reliquorum consuetudine fugit consulto multitudinem, quae inopiam contemnit. frigus fugit, calores evitat: sitim, ac famem et reliqua vitae incommoda declinat, ob amorem &c. qui foelices an miseri sint: viderint ipsi qui nudi nullis contecti vestibus: nulla simulatione fucati reddituri sunt in alio orbe suorum operum rationem. Videmus tamen nonnullos ex eis ad Rhomanam curiam accedentes: optimis equis vehi. Larga manu sumptus facere: polliceri: ac largiri multa, ut possessiones: quibus vitam ducant copiosiorem procul ab omni molestia longinquam: quacumque ratione augeant. est aliud genus eorum, qui se appellant mendicantes: quamquam videamus potius alios mendicos reddere ex caeterorum sudore viventes: ipsi omnis laboris expertes. Ex his sibi nomen quidam observantie indiderunt: quibus omnibus, quae foelicitas tribui possit: ignoro. hoc unum scio maximam partem horum, qui se minores appellant, & sibi hoc nomen observantie precipue usurparunt: ex agrestibus, opificibus, mercenariis desidiosis esse confectam: quibus non sumende religionis aut vitae sanctitatis: sed laboris declinandi praecipua cura fuit. Plebs ampullosa nimium magis fastui & ostentationi: quam vere virtuti dedita, quae se adeo sanctam putat, adeo immaculatam, adeo vitae

Vere Religiosi.

Ficte Religiosi.

Alii ... Religiosi.

Alii ... genus ...

Mendicantes.

Nomen observantie indiderunt.

Minores: observantes.

ex agrestibus, Opificibus, Mercenariis, Desidiosis.

fastui, ostentationi; quam vere virtuti dedita

perfecte: ut nihil sibi abesse putent, quo minus beati
esse videantur. se quidem magni existimant, cetete-
ros contemnunt adeo superbia elati, adeo inflati
fastu, ut etiam suo capiti (i. generali) iam multis seculis constituto,
quinque adversentur, cum illud suis meritis infe-
rius videatur. neque dignum cui debeant parere.
qua opinionis perversitate: omnem verum publicum
statum convelli, atque everti necesse est. Siquidem
non semper ad bonos viros: dignitates: magistratus
officia: imperia deferuntur. Opinantur illi vilem ac
sordidam vestem, vile indumentum, pedes ligno
soleatos, demissum ab humeris caput, contortum
collum, pallidulam faciem, virtutis esse signa, ac
sanctitatis. At illa, ut plurimum, solent esse inanis
gloriae irritamenta. Faterer foelices esse illos si tales
essent, quales volunt videri. sed longe interior vi-
ta distat ab ostentatione. Seditiosi quidam, servi-
entes ambitioni, importuni, maledici etiam in sue
professionis viros saepissime deprehenduntur. ut
nuper perusii accidit in eorum generalis capituli cele-
bratione. huiusmodi tu homines foelices an mi-
seros censeas ignoro. Ego autem arbitror omnes illos:
quorum mores ab eorum institutis discrepant esse
miserrimos: neque attingere ullam partem foe-
licitatis: nisi quatenus fallendo & decipiendo
populum se foelices putant. Ne autem videar
cum hac multivaga gente inane bellum gerere
& ne eos provocem ad maledicentiam linguae, si-
namus illos in sua foelicitatis opinione tabescere.

Se mag. existimant. caeteros contemnunt. Superbia elati. Fastu inflati.

Dignitates. Magistratus. officia. Imperia. — non semper deferuntur ad bonos viros.

vilis sordida vestis. vile indumentum. pedes ligno soleati. demissum ab humeris caput. Contortum collum. pallidula facies.

Ut plurimum. Inanis gloriae irritamenta.

Seditiosi. Servientes ambitioni. Importuni. Maledici. — quidam ex eis.

Nota quod perusii accidit.

Mores ab institutis discrepantes.

nota qui sint ostendit miserrimi.

cum hac multivaga gente.

Probo igitur poggii sententiam: neque eos quos opinaris,
excipio ab hac misera uite huius conditione: perspicio
enim nos illi subditos esse: ea lege que ab ipso orbis exor-
dio singulis nascentibus est data: Orti sumus ut nosti
ad labores uitae uarios. ad incommoda. langores
pericula: morbos: egritudines: in qua ueluti tempe-
stuosi importuosique maris sint nobis diuersa rerum
naufragia subeunda. Nulla puncti temporis quies
nulla facultas ocii: nullus animi uacuus dies datur.
nulla laborum intercapedo, ut plane secundum
Terentii sententiam affirmare liceat nos esse ad mise-
riam natos: Tu ipse nosti cosme. quem caeteri bea-
tum putant hoc etatis longo curriculo, que te
cogitationes: cure: molestie: perturbaciones: ani-
mi conculcent, que tibi detur adquiete uacatio:
quanto tempore tibi uiuas. Nesciunt alii quam sit sol-
licita magne tutela foelicitatis: et dubia, quam an-
xia, illius conseruande formido. Ignorat popu-
lus quantum in re. pu. possit inuidia, quantum sit
uirtutis odium apud multos quanta emulatio improborum:
Externa plebs conspicit, quae magna ex parte sunt
speciosa clientelas. uestes apparatus domesticos
Lautam suppellectilem: argenteam mensam. lon-
gum seruientium agmen. ad que omnes ore patulo
inhiant, tamquam in his sit foelicitas constituta: Sed
non uident neque conspiciunt interiores cala-
mitates: occulti morbi: et uulnera secretiora. quae
animum miserum reddunt: atque infoelicem. Rho-
manus ille ciuis cum repudiasset uxorem multis

Orti sumus ad: Labores uite / Incomoda / Langores / pericula / Morbos / Egritudines

Lex data ab ipso orbis exordio singulis nascentibus

Nulla puncti temporis: quies / facultas / dies uacuus / laborum intercapedo

Terentii. Nos sumus ad miseriam nati

Cogitationes / Curae / Molestie / Perturbaciones

Sollicita tutela foelicitatis / Dubia / Anxia formido illius conseruande

In Re. p.: Inuidia / uirtutis odium / Emulatio improborum

Clientele / Vestes / Apparatus / Supellectiles / Argentum / Mensa / Agmen seruientium

Ore patulo inhiant.

Interiores calamitates / occulti morbi / uulnera secretiora — non conspiciuntur

Nota hystoriam de facto.

id factum: quod feminam pulchram honestam probam ut videbatur, ab eo dimissam, culpantibus accusarent, ostenso quem in pedibus gestabat calceo, petiit numquid is aptius eis et pulchrior videretur. Annuentibus illis, At solus inquit novi quam me pedis parte premat. Sic est profecto: non sunt omnibus eorum qui beati putantur nota: tum animi cicatrices: tum molestiores cure: tum mentis perturbati motus: qui corda illorum tamquam vultures tityi iecur, exedunt incontinuum cruciatum. Tum cosmus Scio inquit Mathee pluribus difficultatibus esse implicitam vitam nostram: ut que semper defatigetur certamine viciorum. Scio difficillimum esse ratione superare fortunam: animique gravitate et sapientia repellere angores: ac molestias imminentis. Sed novi etiam viros sapientes numquam miseros esse. quippe cum virtus nullam societatem coeat cum miseria. Sed eam procul abiciat ac reppellat. Multas affers huius vite molestias: atque impedimenta, et cum vitiis concertationes, quibus continuo oppugnaremur. Vexantur, ut ais, homines pluribus tum animi tum corporis egritudinibus: quibus maiori ex parte nostra imbecillitas cedit. Verum non natura sed vitio nostro: et morum perversitate omnis huiusmodi miseria est contracta: ut non mirum sit quorundam male institutam naturam sue miserie causam extitisse. Quare paucorum culpa, non videtur mihi ad commune genus hominum refferenda. Haec cum dicta essent tum mathaeus probatur mihi sane inquit poggii sententia: et tua oro

Animi Cicatrices
Cure molestiores
Mentis motus etc.

Cos.

Vita nostra implicita difficultatibus

Difficillimum superare fortunam ratione

Viri Sapientes

Virtus nullam coit Societatem cum miseria etc.

Vexantur homines etc.

Vitio et morum perversitate miseria nostra contracta non natura

Math.

cosme uidetur satis facile refelli posse. Dictum n.
est prius: non propterea tolli communes erumnas
quoniam pauci ab hoc genere seligi possent: apud
quos nulla infoelicitas aut miseria resedit. Do-
minum ingens: certe id dei fuit si qui hanc imbecil
litatem humanam cum uirtute uicerunt. sed ut elo
quar quod sentio: sedem, ac fundamentum uitae
mortalium existimo miseriam esse eamque longius
euagari: ac radices suas altius fixesse quam multi for-
san opinentur. de qua si libet: addam pauca supe
rioribus, que in hanc sententiam quadrare pos-
se uideantur. Placet inquit cosmus: et huius diei — In hanc sententiam quadrare posse
reliquum his sermonibus transigi malo, quam uerbis mul- — huius diei reliquum
torum; qui mihi sunt sane saepius propter eorum — Cos.
importunitatem molesti. Incipiamus a leuiori
bus matheus inquit: ut postmodum ea que maio — Math.
ra uidentur, aggrediamur. Primum uero ut te-
nuiora, pauca agantur, consideremus etatis nostre, — Tenuiora
in qua huius miserie maxima reperientur argu-
menta, imbecillitatem, ac uarietatem: infantia — Varietas etatis: infantia, pueritia, pubertas, adolescentia
pueritia: pubertas: adolescentia, non ne cum stulti
cia lasciuia impudentia, incontinentia redun- — Stultitia, Lasciuia, Impudentia, Incontinentia
dent: sunt miseria plene. quid harum aetatum
uita differt a belluis: nullo consilio, nulla discre-
tione: nulla prudentia utuntur. Quanquam illi a
sensibus, uariis subiecti passionibus: et animo deuii:
ut haud procul distent ab insania: harum aetatum — Insania
ineptias: ludos: lasciuias: iracundiam: mores: iocos
uarios: appetitus: libidinem ipsi met paulum aetate — Ineptias, Ludos, Lasciuias, Iracundiam, mores, Iocos, Appetitus, Libidinem

firmatti admirantes damnant. Pudet eorum reminisci: que superioribus annis aetas imbecilla permisit. cuiusmodi etates, nature ipsius uitio, mancas: & debiles. cum nullius rei usui sint infirma miseria uersari existimamus.

mancas & debiles.

Recenseat, quae diximus, notiora fiant mores & uitam adolescentum. quorum etas rationis ignara ut plurimum uitijs diuersa iacet. Scis eos uoluptatum malarumque cupiditatum sectatores, recta consilia & monitores aspernari. Scis eos ad omne facinus: & turpitudinem promptos: prodigos: sumptuosos. superbos. Lascinos contumeliosos. Plurima sunt illius efferuescentis etatis uitia: que in omne malum facinus erumpunt. Virorum aetas diuersis studijs distracta impellit animum ad pecuniam cumulanda: ad ambitionem: clientelas: honores, magistratus imperia: gloriae cupiditatem: quas propter res mente sunt semper uaria: instabili: inquieta anxia: nouas res appetentes: tum inuidia tum emulatione uexantur: ut eorum uita nihil differre uideatur ab illius inquiete: qui apud inferos continua rote uolutatione torquetur. Que senum sit foelicitas: iam ipse nosti: qui eius damna experiris. Multa inquit horatius senem circumueniunt incommoda. plurimeque illam circumstant imbecillitates: queruli enim sunt. difficiles: morosi: timidi: ut qui credant omnia sibi elementa defutura. Excusat Marcus tullius senectutem. neque eius incommoda tribuit aetati: sed hominum culpe, propter antea exactam uitam: tamen paucos in-

ut plurimum.

Vita Mores { Adolescentum.

Sectatores uoluptatum etc.
Recta consilia et monitores aspernantes.
Ad omne facinus prompti.
prodigi.
Sumptuosi.
Superbi.
Lascini.
Contumeliosi.
{ Adolescentes

efferuescentis aetatis.

Virorum Aetas.

Animus ad { pecuniam cumulandam
Ambitionem
Clientelas
honores
Magistratus
Imperia
Cupiditatem glorie

et so. pena apud inferos.

Senum Aetas.

horatius.

M. Tullius.

Senectus.

tot seculis tolerabiles affert senes: quos si reliqua
cessarent omnia, morbi tamen, & corporis de-
bilitas, quibus illa aetas afficitur redderet miser-
rimos. Recte Terentius nr̄ scripsit: ipam Senectu-
tem morbū esse. Decrepitos praetereo, quorū mi-
seria nota ē, ut reliquas postponam huius aetatis
difficultates, uita certe illorum, infinitis pene
confecta molestijs: tam suis odio est, q̄ alienis: ut
solum doloris & laboris particeps esse uideat. con-
temptui est praeterea omnibus: propter multos illius
aetatis deffectus. Vis scire omnes uitae gradus
nobis, tanq̄ miseros, improbari? puer infantium
ineptias contemnit, Adolescens aspernatur puero-
rum ludos. A uiris adulescentulum studia culpā-
tur: quibus aucupandi uenandique exercitiū
& effusi sumptus: ac patrimonorum calamitas
habentur uirtutis loco. Senes uirorum animos ut so-
licitos inquietos rebusque superuacaneis de-
ditos ut uiuendi inscios redarguit. Decrepitus
obiurgat senē: ipē eodem modo pressus: ueluti pre-
ter modum curiosum & sollicitum futuri. Singuli
anni superiores uirum decrepitum ut stolidum
ac repuerescentē: nullique rei utilē derident.
Ita nulla uitae pars, secundum communem spetiei naturae
condicionē, cum quelibet merito reprehendi
possit, miseria caret: Siquidem nosmetipsi oms
illius partes: uelut rerū ignaras: atque infoelices
accusamus: tam contrarijs inter se studijs cer-
tantes. Ipē cicero in Tusculanis suis disputationibus

Terentius
Decrepitus
Infantiū ineptie.
Puerorum ludi.
Adulescentulū studia
Aucupatores, uenatores
Enormes sumptus: patrimoniorum calamitas.
Virorum sollicitudines
obiurgat
Senum curiositates, sollicitudines futuri.
Decrepitorum stoliditas Repuerescentia. Inutilitas.
nulla uite pars a miseria caret.
Cicero

ait / cum uirtutem laudasset / huic inquit incipio
sententie diffidere / & humani generis imbecillita- — humani generis {imbecillitatem / fragilitatem} extimescere.
tem fragilitatemque extimescere. Vereor .n. ne /
cum natura corpora nobis infirma dedisset: hisque
& morbos insanabiles: & dolores intolerabiles adiu- — Corporum / Animorum {morbi: dolores: angores: etc.}
xisset: animos quoque dederit: & corporum dolo-
ribus congruentis: & separatim suis angoribus et
molestiis implicatos. hec ciceronis uerba nihil a-
liud praedicant: nisi miseriam uite communem. — Communis miseria uitae.
cui omnes qui lege nature subiecti sumus. Sed quid
ego in particulis huius uitae enumerandis inuid-
uor? Omnis uita flebilis atque misera est: uariis — Nota. Omnis uita {flebilis. / misera.}
Pauper. — que calamitatibus conferta / Pauper plurimo sudo- — plurimo sudore.
re, summo studio, magna cura, opes ac fortunas — Summo studio.
querens: efficitur diues: ascensum sibi magna sol- — Magna cura. Sollicitudine.
Diues. — licitudine ad infoelicitatem parans. Diues quis
& opulentus cum euaserit / in paupertatem decidit.
rem usu miseram ac pondere acerbam / Videmus — potentes deici
potentes e rerum statu deiici: extolli infimos. hic e- — Infimos extolli.
Exul. — xul a patria, bonis omissis orbem uagus: atque egens:
quo nihil est miserius perrat: Alius in patria re-
sidens: aut fortunis: aut uita priuatur. Sunt qui
Desperati. — ex desperatione quadam uitae melioris: aut la-
queo, aut ueneno aut gladio sibi mortem consi-
scunt. Alium latro spoliant aut occidit. plurimi bello — Incidere in latrones.
peste: naufragio: flamma / absumuntur. hic uxo- — bello / peste / naufragio / flamma {assumuntur quam}
Amissio {uxoris / Liberorum / fratrum / coniunctorum / Amicorum}. — rem conceptam / Liberos. fratres: coniunctos ami-
cos. amittit. hic oculorum lumine. hic ualitudine — priuatio {oculorum / ualitudinis.}
priuatur: quidam membro debilitantur corporis. — debilitatio membri.

Carcerati. quibusdam carcer attulit uitae finem. Multi ad

Senectus extrema. Senectute extrema usque perducti etatem tam longinquam quoque detestantur appetentes mortem.

Quid morbos infinitos fere recenseam: quibus humanum genus subiectum quam uarij: quam graues: quam crebri quam infesti nos inuadant: te ipsum testem cito: cui podagra fuit diutius molesta: Plures oculorum lippitudine: multi stomaci: laterumque dolore afficiuntur. Paucos usque ad senium bona ualitudo comitatur. Sexcenta sunt corporum morum damna, quibus

Vitia animorum. ad miseriam perducimur. his adice animorum uitia: quae plura sunt, & multo quam corporum pretiosiora.

Vides hominum discidijs: litigijs: querelis: discordijs: controuersijs mentes nostras ad mutua odia compelli. Vides quanta sit uindictae libido: et ad quae facinora mortales quondam excitarit. lege antiquas tragedias atreum, thiestem, Medeam, fraternas cedes: & bella ciuilia: Lege ouidij sniam: non hospes ab hospite tutus: non socer agenero. fratrum concordia rara est. Scimus filios parentum iussu parentes filiorum crudelitate: fratres insidijs fratrum, regnandi gratia necatos. Legimus uiros ab uxoribus interfectos: feminas uirorum praecepto interemptas: Materne crudelitatis in filios: & item filiorum sceleris in matres, testes sunt multorum facinora nota nobis. Quapropter totius orbis una eet tragedia conficienda, ad exprimendam communem hanc humani generis calamitatem.

De Amore. Quid loquar de amore readmodum mortalibus necessaria? non ne multos

Margin notes (left): Morbi: Infiniti. uarij. graues. Crebri. Infesti. — Atreus: Thiestes: Medea. fraterne cedes: bella Ciuilia. — Ouidius. Ab. — discordia inter hostes, socer et generum, fratres, parentes et filios. — Viri / Uxores: Uxores, Viros.

Margin notes (right): lippitudo oculorum. dolor: Stomaci, Laterum. — discidia. Litigia. querelle. Discordie. Controuersie. Odia. uindicte. — parentes, filij: filios, parentes.

aut oro.

aut omnino perdidit: aut uariis damnis atque an-
goribus affixit. Reperti sunt olim quibus amoris
impatientia attulerit causam mortis. Leandri cae-
terorumque fabulas omittamus: quidam nostro se-
culo cum desiderium amate nequiret diutius fer-
re: ante fores eius laqueo se suspendit. Multa co-
git amor perpeti: cuius subditi arbitrio summa in
miseria uersantur. Inuidia uero & emulatio quantos
tos: & fortunis: & uita euerterit satis constat.

Ingens malum, & late in Regum principum: & tyrannorum
presertim domiciliis diffusum: quos apud quid possit
liuor, quidue detractio quid emulatio quid ca-
lumnia, inuidie ancille pestifere: illorum docet
casus: quos dominantium libido prostrauit. Missos
facio barbaros: a quibus & innumera crudelitatis
exempla, ab inuidia profecta, reperiuntur. Apud
nostros quoque infinitas pene strages: hominum excel-
lentium inuidia edidit. Seianum legistis orbis
alterum fere principem, Tyberii claudii absentis
unico edicto laceratum. Adrianum imperatorem
ad caetera principem humanum, ac sapientem, adeo
fidem prebuisse detractoribus tradunt: ut multos
quos ad summum prouexerat, ad leuem calumnia-
torum auram, de statu rerum incognita causa
deiceret. Valentis: ac Valentiani tanta inmanitas
fuit: ut ad paruas suspiciones ab inuidis excitatus
stragem quandam uirorum excellentium inuexerit.
quapropter non imperium eorum, sed crudelis ac
nepharia carnificina potuit extimari. Non recenseo

Leander.
Inuidia / Emulatio
Barbari.
Nostri.

impatientia amoris affert causam mortis.
Amans quidam suspendit se.
No.
Liuor. Detractio. Emulatio. Calumnia. — Ancille pestifere Inuidie.
Seianus: edicto Tyberii Laceratus.
Adrianus Imperator.
Valentis inmanitas Valentiani.

Tiberius. Nero. C. Caligula. Vitellius. Domitianus. Antoninus. — Crudeles.

que alter Tiberius: que. Nero: que C. caligula, quae Vitellius Domitianus. Antoninus geta, reliquiqz crudelitate insignes: Non imperatores: sed laniste: & hominũ portenta, aduersus innocentiam inuidie, & delatorum culpa patrarint: Longam enĩ orationẽ requirerent: hoc certe notissimum est, multos: ob aliquam tyrannorũ ac principum ab inuidis iniectam suspicionẽ: eculeo distentos: uarioque tormẽtorum genere cruciatos doloris impacientia mortem uitae pretulisse. Nihil est homini periculosius q̃ principis maliuolentia, non. n. desinit qua cepit: sed mala facinora prioribus accumulat, ut recte uideatur egisse: nam quem odisse cepit perire expedit: neque ullis ueniẽ aut innocentie datur locus: ut miserrima sit eorum uitae conditio: quos maiorũ libidini obnoxios fortuna fecit. Praestantibus certe uirtute uiris maxime, timendi sunt reges: quibus ut inquit Salustius q̃ mali sunt suspiciosiores: uideris igitur: quanta mala, secum portet inuidia: q̃ sit perniciosa, q̃ fallax: q̃ multos tradiderit neci. Efficiam profecto Tullius inquit: ut intelligatis homini nihil tam timendum esse q̃ inuidiam: occulte enim fallit: surrepit in auos hominũ beniuolentie significatione: seducit audientes in aliorũ pniciem: cum maior hominũ pars aures patulas calumniatoribus prebeat: Quid loquar de luxuria: quot homines pessumdedit: ea cum multiplex sit multorũ cãm prebuit malorũ: que enũare difficile ẽ: sed in usu sũt quottidiano ante oculos exposita:

Tormẽta. — No. — No. — Salust. — Tullius. — No. — Luxuria. — Multiplex.

Huic qui indulgent: cum procul absint a ratione: ui-
dentur esse miserrimi: Perniciosius malum censetur
Auaritia — auaritia: que quam multos occupet mortales, ipsi quot
tidie perspicimus. hoc uere uideor posse dicere: et
nullum esse uitium execrabilius auaritia: nullum de- — No.
terius: nullum genus hominum perniciosius: de quo quoniam
est alio in loco a me disputatum diligentius: non
ero longior in eius nequitia recensenda: qui tamen
eo morbo tenentur: miseram & deo odibilem uitae — Misera & deo odibilis uite conditio.
conditionem ducunt: Transfert enim homines tanquam
circes pocula in portenta perniciosissima: cum nihil
tam sit contra communem, ad quam tuendam nati
sumus, utilitatem: nihil tam contra naturam quam auaritia.
Quid refferam rem nephandam: qua mentes ho-
Ira — minum maxime perturbantur. iram: que nulli
rationi parens: quo furor eius ducit: proficiscitur.
Si quis eius perniciem immanitatemque: & ueluti
subitam procellam, ac perniciosam uelit inspicere:
Seneca — legat senece libros: quos de Ira conscripsit. Intelliget
certe, quantam perniciem, generi mortalium id
uitium: cui qui subditus est: nil a dementi distat,
importarit. Ob eam enim non solum singulos homines, — homines
sed urbes quoque, & gentem uniuersam, ire atro- — urbes — deletas
citate reperies deletas: hanc insanam mentis pertur- — gentem
bationem: quis non recte dixerit, & execrandam,
& miseram esse? non enim tantum quos occupauit:
reddit miseros: sed eos insuper quos aduersus per-
misit sua frena licentie. Multi describuntur a Ci-
Cicero — cerone nostro animorum morbi ac perturbationes.

libidīe : letitia : metu : egritudie :

que hanc nr̃am fragilem conditionē summa miseria circumuallatam preemunt : Nemo est quin libidine : aut letitia aut metu aut egritudine. aut alio morbo animi aduerso ratioī detineatur.

At uero qui huiusmodi aliqua perturbatione afficitur, & eas recipiat necesse est : que sunt illi contigue atque annexe. quodsi ita est, quis potest hac nature cōditione natus ut aliqui subijciatur perturbationi, esse non miser. Videte quid tullius intertio tusculanarum disputet libro : Ait .n. nisi egritudinē exuimus : sic ut abijciamus : miseria carere nonpossimus.

Tullius.

Egritudo & oēs perturbatōes animi.

Praeterea si perturbationes animi : quas appellat morbos in omnes : praeterquā insapientes : ut ait, cadunt : & iniquos descendunt, insanos reddunt : nullus autem eiusmodi sapiens : adhuc est repertus relinquitur omnes : qui non sunt sapientes. insanos ac miseros esse : Hi .n. sani dicuntur : quorum mēs nullo motu, quasi morbo sit perturbata. Sed hos nullos reperies : Ergo miseri sunt omnes necesse est. Illa quoque eiusdem egregia est sententia. nisi sanatus animus sit : quod sine philosophia fieri nō possit : nullum fore miseriarum finem. Sed nr̃a palam est imbecillitate : nullos a philosophia : ut sanentur querere : Igitur miseri omnes sunt extimādi.

Verum ita nostra hec miseria eminere uidetur, & ab omnibus conspici : ut nulla philosophia ad hoc probandū opus exstat : Quottidiana uita absque ulla ratione nos admonet, mille uiuendi discrimina quibus subijcimur pre se ferre : qualis q̃ .i.

firma q misera sit imbecillitas conditionis humane.
Adsunt cedes hominum varie. Palam est quoque
praeter illa que retulimus: quot gula & uenter:
quot aeris intemperies: quot morbi ad interitum
rapiant: quot a bestiis tum feris tum cicuribus pi
ricula nobis immineant: quot tendicula mortis
nobis casus varii moliantur. Nostra omnia breuia
sunt, incerta: caduca. Nihil tam fallax e. q huma
na uita: nihil tam imbecille: nihil tam laborio
sum: quam [humanam uitam] Seneca neminem accepturum putat:
nisi conditionis illius inscijs daretur. Ut uix.
euripidis illam sententiam, Optimum uideatur
homini esse: primum non nasci: proximum cito mori.
cuius uersus a Tullio describuntur. Nam nos de
cebat: cetus celebrantis domum lugere: ubi esset aliquis in luce
editus: humane uitae uarie reputantes mala. At qui labo
res morte finisset grauis, hunc omnes amicos laude & leti
tia exequi. Ecce huius poete sententia testis est. Lugen
dum esse uita: mortem u exoptanda. Et quidem recte
ut opinor sensit. Tot n. rerum casibus: tot fortunae
telis: tot periculis: tot uarietatibus temporum addicti
sumus: ut durissima nobis uideatur data conditio in
firmitatis. Non enim solum praesentibus affligimur malis
sed multo magis futurorum expectatione: incerti quoque
temporis uitae ro: q plurimum exedit mentem nostram
dubiam & incertam. qn. quo: qua lege sit ex hac ui
ta migrandum. Lata quidem atque improuisa
data est: & multiplex ad interitum uia: unus tan
tum in lucem ueniendi aditus. Recense oro diuersa

Varie cedes ho(minum).
Gula.
Euripides.

qualis / q infirma / q Misera } est imbecillitas conditionis humane
Tum feris, tum cicuribus
No.
Nostra omnia { breuia / incerta / caduca
Lugendam uitam: mortem exoptandam
Tot { rerum casibus / fortune telis / periculis variis temporum } addicti sumus
quando / quo modo / qua lege } sit ex hac uita migrandum
Lata via ad interitum
Unus aditus ad nascendum

pericula maris / terre — discrimina: uentorum / imbrium / tempestatum / ignis / fulminum / aquarum inundationes

maris: terraeque pericula, uentorum: imbrium, tempe
statum, ignis fulminum discrimina: aquarum inun
dationes: quibus uita nostra ad incertum finem rapi-
tur nunc uno periculo nunc altero, ad exitum de
ducta. Singulis diebus noua diuersaque funera
conspicimus: ut hec sola rerum eiusmodi cogitatio
satis superque satis uideatur ad nos continua mi
seria torquendos. Tum ego possum testis inquam esse
multarum calamitatum, quas ipse partim conspe
xi: partim audiui: tum igne: tum incremento
imbrium illatas: ut etiam aqua, et reliqua ele-
menta sint nobis extimescenda. Vidi ego cum
ex britania redirem: maranum opidum ingens ac
opulentum in finibus italie circa alpes positum subi
ta ui fluminis: quod inopinato excreuerat in-
undatione maxima ex parte cum incolis adeo
deletum, ut nulla edificiorum uestigia superessent.
Nostra insuper aetate, ut propinqua, licet parua,
sed ad representandam quam dico miseriam
accomodata, referamus: plures domus eius uille
quam burgum campi nominant, fluuii prope de-
currentis impetu, noctu obrute, cum familiis
solo tenus dissipate sunt. Memini cum puerulus
essem, plura defunctorum corpora demersa limo
in ualle arni superiori fuisse reperta. Infantem
quoque unum in cunis delatum, qui fame in
terierat repertum. Res deflenda profecto, et
que regionis nostre accolas ad luctum, et mestitiam
commoueret. Miserum sane uidebatur. tot uiros

Margin notes: satis superque satis. — Pogius. — Nota de inundatione que inuasit Maranum. — Ex — burgum campi. — Cum puerulus essem — Vallis Arni superioris.

mulierũ adolescentium cadauera, partim a feris
partim ab auibus laniata in fluminis littore iacere
semisepulta, ita exesa ut non facile internoscerent.
In britan. — Cum essem in britannia miserabilem antea casum
fuisse cognoui in parte mari propinqua. Cuius proui-
In fladria mare fluit et refluit bis i die. — ncie que flandria appellat(ur) fluit bis in die, ac
refluit mare, et in pariis fluuiis sexaginta ferme
infra terram miliaribus adeo exuberante aqua
ut maioribus nauigiis nauigabiles fiant.
Maris incrementum, ne extra fluminis alueum
euagetur, aggeribus incole continent. Altius .n.
q terra multo excrescit mare: ut nisi aggeres
obstarent, maritime regiones habitari non possent
paludibus occupate. Accidit uero ut paucis an-
tea q in britanniam proficiscerer annis uento ma-
ritimum fluxum impellente, aquarũ ui desie-
cto aggere, omnis ad multa milia passuũ ui-
cina regio suffocaretur. Multaq3 hominũ mi-
lia, cum nullũ daretur refugiũ, cum oĩ pecore interiret.
Qua ex causa diutius ea pria deserta cultoribus per-
mansit. quid calamitosius: quid miserius accide(re)
potuit: q ui tam repentinam, tam improuisam, — Tam improuisam / Repentinã / Flebilem — mortem incidisse
tam flebilem mortem incidisse tot hominũ milia!
Cum neque parens filiis, neque filii parentibus aux(ilio)
esse possent. Constat igitur, cum sit nobis aqua
ad uictum necessaria, tamen multis perniciem
pestemque importasse. Nihil nobis igne saluta- — Ignis salutaris
rius natura concessit. at hic quandoque in no-
stram calamitatem uersus multarũ causam prebuit

Nō· de aliis incendiis· · basilee ·

miseriarū. Paucis antea annis. urbs basilea nobilis iuxta rhenum posita/ ut antiquiora postponā/ maiori: nobiliorique ex parte incendio cōflagrauit/. Vidi ego illac iter faciens adhuc urbis illius fumantia edificia/ & domos in cineres uersas: Oppidum inferioris alamanie. cuius nomē non occurrit: ad id aliquando iter faciens conspexi egregium: ac splendidum/ in medio lacus edificatum, ad quod per longissimos aditus ligneos pontes/ una estate ignis absumpsit: quo incendio/ multi uarii generis perierunt. — Incendio conflagrauit

· Oppidū in lacu

· Urbs gebēna ·

Nocturno quoque igne in urbe gebenna tempore Martini quinti summi pontificis: plurime egregieque domus exuste sunt/. Ipsi id conspeximus: rem usu miseram/ & fletu dignam: huius ignis calamitas adeo multos euertit bonis ut postmodum uita inopi ac misera uita degere sint coacti. ¶ Animantia singula spirando aere/ ac respirando/ uiuunt: quo sublato/ & uita omnis sublata est. hic tanq̄ uitae mortaliū minister adeo est utilis: adeo necessarius: ut facilius caeteris elementis, q̄ aere careamus: At is persaepe nobis fit perniciosissimus: cum/ aut famem/ aut pestem/ aut morbos. aut uarias tempestates quibus inopia afficimur/ illius intemperies importet. ¶ Terra/ que nr̄a dr̄ mr̄/ omnia nobis aduictū cultumque corporis necessaria/ suministrat/. At ex eadem terremotus: uenena: ferrū prodeunt: quo plures q̄ ulla peste reliqua occubuerunt/.

· Martinꝰ qt̄ꝰ pontif·

· De Aere ·

Intemperies aeris importat { Famē · pestē · morbos · Tempestates

· De Terra mr̄e nostra

Ex terra { Terremotus · Uenena · Ferrum

Gignit etiam multa in nram perniciem prompta.
ut plus detrimenti quandoque q commodi affer-
re uideatur. q misera igitur humanae conditio
uitae est huda: cum elementa ipsa nobiscu bellu gerat.
|nunc: & securo si potes animo: futuras ut praesentes taceā/
miserias non expauescas: cum ea, que ad salutē nram
fabricata sunt, cernas in discrimen pniciēq; conuerti.
|improuisa nos inuadunt mala, sic grauia quandoque.
ut summa nos miseria lacerent, etiam renitentes.
quid inopinatius dudum: contingere potuit homi
ni praediuiti, ac decrepito: q mors filij repenti-
na: qui aucupio intentus ictus fulmine expirauit.
Uniuersa ciuitas tam infoelicem nobilis adolescentis
casum, & miseri senis luctum, squaloreq deplorauit.
In pretura patrij soli que parua ē undecim homiēs
hac estate fulminis ardor absumpsit. Ad quindeci
preterea homines propinquis in locis simili fulguris
incendio adusti: Quid ē igitur dubitandum,
quin hec nra tam fragilis tam tenui robore pedens
uita, tot tempestatibus: tot diris casibus addicta,
sit misera extimanda. Adde is si libet, fraudes
hominu: furta: latrocinia. belluaru impetus: uene-
na serpentu morsus: quibus multi periere. Audi
ui etate nra quendam paruulu religiosum ma-
turius officijs intentu aranee neratum morsu.
|In apulia paruula aialia araneis simillima quas
tarantolas uulgo dicunt, dispersa p agros si quē
momorderint, in risu uniā uertut. Singula se
rarum gnā ad exitum nrum parata uidens.

Marginalia (left): Fulmen. / In parvo solo. / Concl. & epylogus / & morsus aranee. / In Apulia Tarantole.

Marginalia (right): Improuisa grauia mala nos inuadunt. / Luctu squalore deplorauit. / Tam diris casib addicta. / Fraudes homi. / Furta. / Latrocinia. / belluarum impetus. / Venena. / Serpentu morsus.

Ursi. Leones. Apri. Lupi. Serpentum genus. Canes rabidi. boves.

Ursos: Leones: apros: Lupos: serpentum genus: in nostrum interitum conspirasse credas: Quid nobis tam familiare, quam canes. At eorum rabidos morsus non nullos necasse uidi. boues, qui tam utile, tam mansuetum uidetur animal, cornibus intulerunt pluribus mortem. Ab equis insuper quod est genus utilissimum nobis interitus imminet: Nullum est tam mansuetum, tam pacatum animal, ut non ab eo aliqua pestis redundet: Calor. frigus. Siccitas humiditas: multis exitium uitae intulerunt:

Equi. Calor. Frigus. Siccitas. humiditas.

Constantia. — Constantie nuper: ubi generale concilium erat: hominem intemperie frigoris mortuum, equo insidentem in publicum hospitium delatum conspeximus: ita statem ut uiuus uideretur. Obriguerant membra singula adeo, ut corpus equo in hospitium deueheretur: quosdam praeterea audiuimus in eius regionibus simili morte perisse. Quam multa igitur & pene infinita nobis uitae discrimina imminent conspicitis: que neque ullo consilio uitare neque precauere prudentia: neque usu declinare datur. celum. terra. aqua, aer, ignis, homines, paupertas. bellue: animorum uarie perturbationes nobis uitae miseriam moliuntur. harum rerum molestiis quassati: quidam etiam in patria mei ortus, quos noui, adeo illarum impacientes fuerunt ut uitae tedio laqueo finiorint dies suos: satius ducentes semel mori, quam tot perpeti uitae difficultates. Legistis Atticum Ciceronis familiarem morbi grauitate pressum, die quinto postquam cibo sponte

Eques. equo insidentem. Obriguerunt. Neque consilio uitare. Neque praeuenire prudentia. Epylogus. In Tuscia. Laqueo finientur dies. Atticus Ciceronis familiaris.

[illegible] — sua abstinuit: finisse uitam. Multi praeterea dum
huius uitae incommoda, morte uoluntaria, effugis-
se: de quorum calamitate quis dubitet: cum intelli-
git mortem illos uiuendi molestie pretulisse.

Quanti uero hec uita, quam tanti facimus, sit ex-
timanda, aduertat qui uoluerit ciceronis exē- — Exempla Ciceronis.
pla que posuit in primo tusculanarum questionum
Cicero. — libro. Refert. n. ut nostis, cleobolum, & binotum — Cleobolus, Binotus { Argie filii.
argie sacerdotis filios, cum matrem curru, cui ipsi mo-
re iumenti subierant, ad sacrificium duxissent,
atque illa precata deum esset, ut id filiis pro pie-
tate premium redderet, quod maximum homi- — premium quod maximum homini dari potest, Mors optimumque.
ni dari posset, cum matre postmodum epulatos: cum
somno se dedissent, mane mortuos esse repertos.

Simili precatione Trifonium & agamedem: qui tē- — Trifonius. Agamedes. templum Apollini edificarunt.
plum appollini edificauerant. usos scribit: Nam
cum a deo pro mercede petissent id: quod esset ho-
mini optimum, idque appollo se prebiturum respōdis-
set, post eius diei tertium mortuos inuentos esse:
Quam praeclara est igitur, quam optanda huius uitae ro:
cum mors premii laboris pietatis loco, tamquam uita
potior, sit condonata? Nulli dubium igitur esse pot
miseram esse hanc uite condictionem: cui mors — Mors munus praecipuum.
tamquam munus praecipuum praeferatur. Nemo est mor- — No.
talis ut ipse refert cicero, quem non attingat do-
lor: morbusque: que si uera est sententia, que inter
morbos ac dolorem, uita extimanda est: profecto — Vita inter { morbos, dolorem } misera infelix.
misera, atque infoelix. At dices plures illam
aeq. animo, constantia — equo animo, constantia perpessos: Sed quam pauci eiusmodi

dolorē
morborū } uexationes max.

patientia praediti fuerint: omitto: Scio dolorū ac morborum uexationes maximas esse: que nrās mentes á ratione dimoueant. Scio illas incitamenta ac fomenta, esse miseriarū: quibus si inopiam, si orbitatē: si exiliū: si reliqua uitae quae plurima sunt, incommoda, addideris: accumulata omni ex parte uitae miseria uidet.

mētes a rōe dimoue

Inopia.
orbitas. } uitae icomoda.
Exiliū.

Seneca.

Omnis seneca inquit uita supplicium ē: sed ubi supplicium, ibi & miseriā humane conditionis existere concedendū. quibus rebus perspicuū esse censeo, uerissimā uideri debere sententiā meā.

Cos.

Tum cosmus, quis uobiscum aliqua ex parte conueire possim inquit, non tamē hanc uitae miseriā tantum rerū nature: & humane infirmitati quantum culpe nrē ascribendam puto. Ubi enim nrē imbecillitatis nos obliuio cepit: ubi fortunae uarietatis: ubi casus: ubi temporis incerti nō ueit inmentē, in longum duratura eam mente atq animo complectuntur a nobis. Consilia nrā traducimus in futurū tempus: & longissimam rerū seriem cogitatione ordimur. tum interim aut aduersa ualitudo: aut mors improuisa, aut fortunae nrā consilia, dissipantis impetus: inanes nostras abrumpit cogitationes, tum curas in cassum susceptas culpamus: tum mala nrā sentimus: tum aiaduertimus nimiū nos fauore fortune confisos. tū cognoscimus nos metipsos prouocasse miseriam nostram. Hic ego multa superesse inquā: que copiosius dici posse uident ad meam hanc sententiā com-

Pog.

probandã. Sed cum sit hora diei tardiuscula, ne for- hora diei tardiuscula.
san sermonis prolixitate tua ualitudo ledatur, in cra-
stinũ si placet uidetur reliqua disputatio differenda:
cum & plus otij futurũ sit: & tibi magis accommoda-
Cos. tũ. Placet inquit cosmus diem crastinũ post meridia- diẽ crastinũ post meridianũ.
nũ constitui reliquę disceptationi nostrę. Nam lo-
quendo iam defessi sumus. cras erimus paratiores:
his dictis recessimus eo consilio: ut postridie reuerteremur.

Superiori libro: in quo de miseria conditionis huma-
nae pro facultate ingenii a nobis est disputatum — pro facultate Ingenii
Princeps optime Sigismunde: & hunc secundum adie-
cimus: ut et exemplis gravioribus: & rerum praeteri-
tarum memoria lucidior fiat nostra sententia. Qua in re
a legentibus peto: ut cum nihil videatur utilius quam hanc
fragilem communemque vitae nostrae legem omnibus no-
tam esse: quo magis cupiditas hominum ab inani rerum
fortuitarum appetitu deterreatur / hoc meum disseren-
di munus non ad ostentationem aliquam / sed ad men-
tis exercitationem a me susceptum esse arbitrentur.
Satius enim existimavi hoc parum temporis quod vacuum
a negotiis datur, consumere in rebus laude dignis,
quam inerti otio ignavoque conterere: simul et exci- — inerti / ignavo } otio
tabuntur aliqui forsan ad hanc scribendi rationem,
uberius: ac doctius pertractandam: quod quidem
multum conferre arbitror doctorum hominum stu-
diis ac disciplinae. Nullius quippe vel philosophiae
vel alterius optimae artis tanta progressio facta esset
nisi priores scriptores suis inventis: & se reprehen-
dendi & melius sentiendi materiam posteris prae-
buissent. Hac ego ductus fiducia, revertar ad no-
stram disputationem: in qua si quid profecero / iocun-
dum erit non omnino me oleum, & operam perdidisse.
Sin vero minus / contentus ero, citius in hoc scriben-
di negotio frustra me fuisse versatum, quam per de-
sidiam tacuisse. Te vero Sigismunde oro: obtestorque — quam per desidium tacuisse

oro obtestorque

ut cum ad rei militaris scientiā addideris more pri-
scorū principum multarū rerū studia & doctri-
nā: hac nrām disputationē: si qui forsan ī eam ma-
liuoli inuidique impetum facere conarentur: tuendā
suscipias auctoritate tua: quo facilius audentiusq;
explicare possimus ea que uident̄ superioribus adij-
cienda. Cum igitur postridie Matheus egoq; sumpto
cibo, ut erat institutum, ad cosmum rediremus,
post priora salutatiōis uerba, adsumus Mathaeus
inquit: ut diligentius hesterna questio absoluatur.
Visum ē n. mihi nescio quid superfuisse disputatiōi
nrē: cuius finiende facultatem, tum breuitas tem-
poris abstulit: tum rō ualitudinis tuae. Percom-
mode aduenistis cosmus ait. Nam & mihi otiū
ē alloquendū & quaedam, quae hesterna die
praetermissa sūt, mee opinioni uidentur adijcē-
da. Quae nam sunt haec inquā: quae nouiter
excogitasti. Oblitus sum inquit heri: non nullos
addere iis: quos putabam esse foelices: Pontifices
cardinales: ecclesiaeque antistites. Virosque omnes
qui christi militiam sequunt̄: hos dico opulentos
ac bene suffarcinatos qui se non solum beatos
sed beatissimos opinantur. Deriderent hi sane
hanc tuam sntām cum censeantur ab omni mi-
seriarū suspicione uacui: nemoque ambigat
eos omni uiuendi molestia carere. Quid enī
abest ipsis ex iis: quae sunt hominibus desideranda.
Nam praeter opes diuitias dignitates summā qua
fruunt̄ auctoritatem, praesunt caeteris mortalib;

quod dulcissimum habetur: ac dominantur. Eas
u° fortunas possident: quas nullus casus nulla ma- · eas fortunas quas nullus casus eripere
ior vis queat eripere: Namque deo donata sunt
cum ipsi dei sint coheredes, ac ministri, rata ma-
nent in populis: neque decretis aliorum labefac-
tantur: ita nullo amittendi metu cruciantur:
nullo egendi timore: ut si caetera desint, hoc so-
lum praestare foelices eiusmodi homines possit.
Habent praeterea suum protectorem salvatorem nostrum:
cuius scuto tecti nihil pertimescant: iudicant
alios a nemine iudicantur: summa in quiete absque
ullo labore vitam iocundam ducunt: Id verum
esse declarat frequens concursus varii generis
hominum ad hos veluti fertiles agros: ex quibus facil-
limi suavissimique fructus percipiantur. propter
fortunae namque bona, tanta ambitione videmus
summas appeti dignitates ut arma etiam et bella
crudelia inter competitores excitari saepius ma-
gna regionum, et gentium clade conspiciamus: quo
fiunt ut opulentiores facti, nullius rei inopes. quam · quam maximam foelicitatem
maximam foelicitatem putant: in negotiis otio de-
diti: in otio absque negotiis etatem transigant.
Horum de foelicitate nemo dubitat cum nulla
molestia nullo dolore perplexi absque sudore
absque ullo discrimine consenescant: Hec tibi poggi
qui cum huiusmodi genere hominum diutius co-
suevisti: quique eorum vitam, et mores penitus per-
spexisti, esse debent, multo quam mihi exploratiora: · exploratior
Mea tamen sententia est illos omni vitae miseria natare.

Pog.

Scio te magis inquam cosme hec ex communi fama & uul-
gi rumore dixisse: quam quia uera esse crederes:
qui enim tibi probari potest: ullam foelicitatem in
illis esse: qui ipsi sibi uidentur infoelices: aut quomodo
uitae molestiam possint effugere: quorum ser-
monibus omnis grauius ac molestius sisiphi saxo
imminere uidemus. Neminem adhuc & ad
nos quinquaginta cum eis uixi: testor me re-
perisse: qui sibi ulla ex parte foelix uideretur:
qui non illam uitam ut molestam inquietam
anxiam multis oppressam curis deploraret.

qui ipsi

Sisiphi saxum

Vitam { multis oppressam curis / molestam / Inquietam / anxiam

Nam ut de nostris pontificibus loquar: quos similes arbi-
tror fuisse superioribus multi ex eis mecum priuato
sermone sunt admodum conquesti oneris pontifi-
cii seruitutem: detestatique quodammodo eam di-
gnitatem: que omnium miserrima uideretur:
quoniam neque ulla corporis aut animi libera
quiete & absque maximis ac grauissimis curis
teneri: neque tuto absque periculo: neque
commode absque multorum detractantium
inuidia dimitti queat: Ita non foelicem sed afflic-
tam omnimodo uitam fortunamque eorum
qui ad tantum gradum assumuntur: duram &
asperam appellare possumus: si pontifices officio non
tyrannorum imperio uti uelint: quorum tamen
si mores sequuntur: non miseros solum putamus
sed etiam detestandos. Extitere plures inquies
quibus nulla minor quam christicolarum utilitatis aut
fidei tutande cura fuit: ut et miseros tales pontifices

oneris pontificii seruitutem

quodammodo

opinari homines merito possint: & miserum chri
stianū populū tali pastori uel lupo potius creditum.
Magna pars horū in sublevandis ditandisque sue
stirpis hominibus occupata fuit: quorum cogitationes
q̄ evaserint inanes, multorū quos novimus exem-
pla testant. Rarum apud eos studiū ingenii doctri-
nae uel religionis: rarius virtus est in pretio ha-
bita ut nisi dei providentia ea fieri arbitrarer:
aliquando quererer, minimā illi studio inesse aut +
mortalium, aut suae fidei curam. Quapropter si-
ne boni fuerit propter agendorum difficultatem,
& pondus: multiplicesque anxietates: in quibus
absque ulla intermissione versantur, miseri sūt
iudicandi: sive mali eo sunt miseriores: quo lon-
gius ab eorum officio discessere. Videntur quoque
saepius hac miseria premi, ut nō dei servorum,
ut scribunt, sed dei hostium aliquando servi esse
videantur: que magna infoelicitas est habēda.
Perfacile viderentur quorūdā, qui nrō saeculo
fuerūt pontificum cicatrices: quo facilius illorū
miseria in promptu esset: nisi tante dignitati
parcendum viderem. Non nulli certe ne dum
laudandi sūt: sed ne tolerandi quidem: nisi
a dei patientia: cuius iudicia sunt occulta.
Nam de cardinalibus non audeo, quid sentiā
dicere. In omni enī statu, & conditione scimus
optimis permixta esse pessima. Unū novimus
illo ordine indignissimū angelotum romanum
cardinalem ab eugenio factum. Nam fuit ana

Auarus Rapax. Subdolus. Malefic. Inuidus Lingua procax in contumelia prompta

rus: rapax subdolus maleficus: inuidus: lingua procaci: & in aliorũ contumeliam prompta. continẽtis tamẽ uitae fuit: ad caetera moribus improbissimis cuius uitae congruens exitus fuit. ab adolescentiore cubiculario, somno meridiano dormiens: gladio transfossus ẽ. Optandũ quippe eẽt: ut qui tantã dignitatẽ assecuntur, minus studii ponerent, tum in cumulandis pecuniis: tum in iustitia & iuribus uiolandis. Nam iis rebus dediti miseria carere non possunt. Idem de episcopis caeterisque quos opes ecclesiarum insignes reddunt: censendum uidetur. quorũ studia multũ differunt ab eorum professione. Scribit beatus Augustinus: queri Ciprianũ cartagnensem sanctissimũ uirũ reperiri suis temporibus epõs auaros. Luxuriosos: uitiis deditos. Et quidem eo tpẽ id queritur, quo persecutionẽ christiani ab infidelibus sustinebant. quod si tunc cum multi martirio coronabantur, cum sctĩs uiris illustrabatur nrã fides: cum paupertatem omnes fere coplecterent: improbos epõs fuisse non nullos putet: quid in hac temporum fece: in tanta huius aetatis peruersitate: ni tam deprauatis moribus fieri putemus? Longus sane liber eẽt conficiendus: si multorum, quos nominus, uitã: mores: uitia recenseremus: sed ad maiora quedam nrã tendit orõ. Haec relata sunt, ut plane intelligas eos ipõs: quos beatos: ac foelices putas õis esse uere foelicitatis expertes: nulloque pacto ab hac

minus studii. Iustitia Iuribus uiolandis. de plurimis aliis. Augustinus. Ciprianus. Epõs Auaros Luxuriosos Vitiis deditos. In hac tpr fece. Vitã mores Vitia recenseremus

labe cõis

labe communis miseriae eximendos uideri. Quaenā
maiora supersunt inquit cosmus. non tibi magna
ac satis ampla uidentur: quae de summis pontifi-
cibus: reliquisque amplissime dignitatis uiris disse-
runtur: Non inq̄ si de his meo more libere loq
possem. esset enim campus late patens. in quo nr̄a lon-
gius or̄o uagaretur. Sed me pudor impedit: &
officium boni uiri. Inhonestum quippe uideret᷑ aliq̄
ignominia illorum me ordinum uiros afficere:
a quibus ip̄e admodum ornatus sum, & multis
beneficiis affectus. Stultissimum praeterea esset
ratione uitae alterius: aliquē reponere: qui red-
dere nequeat suae. Itaque ad alia digrediam
potius: quę mihi statueram referenda. Ut placet
cosmus ait: mihi quidē gratissimum erit: audire
quid huic nr̄e collocutioni censeas adiciendum.
Fragilitatis inq̄ nr̄ae conditionē uariis calamita-
tibus: urbium: prouinciarum: regnorū, quę p̄multe
possunt afferri duxi latius explorandā: quo fa-
cilius in promptu sit omnibus hec deploranda
miseria uitae nr̄ae. Sed uereor ne cum hec
putem uobis notiora eē: q̄ mihi satietate aliqua,
aut aurium fastidio quę sum dicturus: audiat᷑
a uobis. Minime Mathaeus inquit. Nam hac
tua commemoratione multa q̄ forsan excide-
rāt in memoriam reuocabunt᷑: tum ego ut de
prime aetatis inq̄ infoelicitate sileā quę adeo
omni morum turpitudine: uitaeque flagitio
inquinata fuit, ut om̄is mortales deus aquarum

mundatione delendos curarit: ab ijs ipsis initijs
exordiar: quae memorie hominum l[ite]re tradiderunt.
ut ex hys que recitabunt[ur]: uerissime possit as-
seri orbem terrarum semper multis cladibus: ac
uarijs calamitatibus fuisse terra mariq[ue] confectum.

Ninus Rex Assi-riorum.

Primus assiriorum rex ninus bella finitimis intu
lit: multas sibi nationes subiciens: non absque
pernitie illorum quos superauit. Secuta est semira-

Semiramis uxor eius. In Indiam penetrauit.

mis uxor: que glorie cupiditate flagrans: cum-
ter decies centenis milibus peditum: quingentis[que]
milibus equitum: centum milibus curruum: ut dio
dorus tradit: in indiam penetrauit: Indoque
flumine duorum milium nauium ponte iuncto: quo
tutius ingredi: ac regredi possit: commissoque
cum indis prelio: sauciata hoste superante fugiens:
cum maior eorum pars: qui a tergo superfuerat.
pontem transisset. & ipsa superato flumine re-
scindi pontem iussit: quo accidit, ut et qui i[n]
ponte erant, ui fluminis interirent, & qui ra-
tes ascenderant, magna ex parte ab aquis rape
rent[ur]. Reliquis cum omnibus impedimentis pre
de: hostibus relictis: quanta hec calamitas mul
tarum gentium fuit: facile quis iudicabit: si multi
tudinem eorum qui aut interiere: aut capti sunt
animaduertat, maiorem certe partem exercitus
amissam constat: Plures praeterea expeditiones
fecit aduicinas gentes expugnandas: non absq[ue]
magna earum calamitate. Secutum est postmo

Penthapolis Incendium.

dum regionis eius: que pentapolis dicta est: i[n] arabie

finibus incendium: quo quinque opulentissime urbes divino iudicio ob eorum nepharia scelera exuste sunt, atque in sterilem pulverem redacte: quas cornelius tacitus refert: fulmine concrematas:

Diluvium quoque ogigis tempore multas achaie provinciae urbes: & loca vastavit. Paulo post secuta e in egypto fames: cui moyses providentia subvenit. multis tamen ea provincia calamitatibus oppressa. Accessit deinde ad priorem graecie calamitatem diluvium ingens aquis a ponto mari superfluentibus quod maiorem thesalie partem absumpsit: quo tempore deucalion homines dicitur reparasse: propterea quod multos ad montana confugientes locis protexerit. Ethiopiam insuper eo ferme tempore diram pestem legimus afflixisse. Liber quoque indie petens: non absque multorum insigni calamitate oppressam, in suam ditionem redegit.

Per idem tempus hystorie sacre ferunt plagas illas in ultionem iudeorum egyptum oppressisse. Scelesta deinde cedes: quinquaginta filiorum inter danaum, & egistum secuta est. Danai quoque expulsio ad argos fuga, ubi a stceleno receptus per proditionem regno illum expulit. Quis ignorat busiridis egyptii equos cede hospitum pascentis crudelitatem? Non sunt ignota tantali. pelopisque flagitia, & ganimedis raptus: ex quo maximum exarsit bellum. Terei philomene prognesque fabula; et filius a matre positus cibus patri: quam non iuvat e miseria superavit. athrei &

Marginalia (right): diluvium Achaie provincie. / Fames Egipti. / diluvium ingens in grecia a ponto mari in thesalia. / Deucalion. / Ethiopie pestis. / Indie oppressio. / Egypti oppressio. / Cedes. 50. filiorum. / Danai Expulsio. Scelesti. / Crudelitas busiridis. / Raptus ganimedis. / Tereus. / philomene. / progne.

Marginalia (left): danaus: Egystus. / Tantali / pelopis flagitia / filius cibus patris. / Atreus.

. Thyestes.

. Troas. Medea. oedipos. Atreu. ypolitu &c.

gens. natio. provincia.

Bella. pestilentiae. terremotus. fames. exscidia. mutationes Regnorum.

. Asia.

. Null. fides. pietas. foedus. humanitas.

parentes filios. filij parentes. fratres in fratres. uxores viros.

Darius & 50. fratres.

. Ochus.

thiestis odia. stupra: parricidia: filiorum epule, que non ad lachrimas commouerent.? Legite antiquas tragedias troadem: medeam edipodem atreum ipolitum: reliquasque per multas: que tempore illorum calamitatem continent, & secula ostentant, miseriarum plena, nulla est in orbe terrarum gens: nulla natio: nulla provincia, quam non varia pestis, diversi rerum casus afflixerit: Bella pestilentie terremotus fames. urbium exscidia mutationes regnorum numquam permiserunt humanum genus: pacem ab infinitis pene calamitatibus frui. Ante alexandrum macedonem scytas. parthos. Asyrios. persas armenios. universam denique asiam dominandi ambitio: discordie: arma intestine contentiones: imperia ad alios translata, multis seculis oppressere. nulla fides: nulla pietas: nullum fedus: nulla humanitas in earum gentium regibus: & tyrannis fuit. semper mutua cede crassati sunt, Parentes in filios: filij in parentes: fratres adversus fratres: uxores in viros ad internitionem usque seuierunt, Nam ut omittam cyri persarum regis a thamire interfecti obitum: ut cambisis xersis grecie terroris multorumque praeterea regum cedes: quid crudelius. quid inhumanius: quid miserius excogitari posset. quam Darium, & quinquagita simul fratres: artaxersis filios in patris necem: conspirasse.? Ex quo meriti supplicij penam subiere. Quid autem inhumanius ochi: qui artaxersi successit.

Allexander. Scythe. parthi. Assirij. persae. Armenij.

. Cyrus. Thamiris. Xerses.

Artaxerses.

crudelitate: qui fratres reliquos omnis septuaginta
numero erant: regnandi gratia iussit occidi. Darium ab alexandro superatum suorum proditio sustulit: Nolo insidias: proditiones: uaria tormenta regum ac tyrannorum referitare uestris mentibus quibus ea sunt notissima. Hoc uere affirmarim totam asiam uariis usque ad alexandri tempora calamitatibus atritam fuisse. que aut maior calamitas asie unquam fuit: quam que xersis regno contigit: qui cum decies centenis hominum milibus graeciam transmisisset: solus pene aufugit. omni ferme exercitu ferro fame peste deleto: quid de alexandri gestis dicam: Vniuersum eius imperium orbis totius spoliis rapinis incendiis cedibus prouinciarum & urbium uastitate est comparatum. Post ipsius uero obitum qua foelicitate subacte a se gentes uixerint inspiciamus: Legistis: quot: & quales inter duces tot regna fuerint partita. Mirum est nosse quanta inter omnes discordia quanta clades subsecuta est: quanto odio decertarint: quanta gentium strage sit dimicatum. Videntur sane dedita opera in suam & gentium illarum mutuam perniciem consensisse: tam dubia sane tam infida tam fallax in successoribus fortuna fuit: ut nil seuius: nil calamitosius: excogitares adeo enim regnandi rabies inguit ut etiam sorores omissa naturae ui inuicem ad interitum certarent. Secuti sunt postea rhomani: quorum impio bello subacta asia parere compulsa est.

Marginal notes:

darius superatus ab Allexandro.

Insidie: proditiones tormenta

Xerses cum decies centenis milibus hominum etc.

Allexandri gesta.

Spolia: rapine: Incendia: cedes: uastitates.

post obitum Allexandri.

discordia: clades: odia: strages.

dubia / Infida / fallax } fortuna.

Rabies regnandi.

Sorores: uim certatas.

Romani.

Nam partim extinctis: partim armis superatis: ptim in amicitiam receptis regibus multorum sanguine rapinis urbium nationum regnorumque excidio asia in rhomanorum servitutem pervenit: qui. quo modo: quo iure: qua iustitia: qua continentia populos gubernarint. Cicero nr haud dubius est testis. questus enim saepissime de avaritia: atque iniuriis magistratuum. plures aut sociorum urbes rhomanorum militum hybernis: quam hostium armis esse deletas: asiam certe, & omnes sibi subditos servitute iniquissima oppresserunt: quare nil calamitosius esse pot. Quid referam ponti regem mitridatem: qui: XL. ferme annos cum rhomanis bellum gessit: tandem victum, superatumque laqueo: vitam finisse. Quid anthiochum potentissimum asie regem acie superatum acceptis victoris arbitrio pacis conditionibus: maiori ex parte regni possessione cessisse: quid recenseam tambellanum: ita enim cognominabatur ex scitia profectum, cum in nullam ferarum gentium barbariae transito eufrate asiam omnem depopulatum: Damascum syrie urbem nobilissimam a se captam spoliasse: cesaream. Sebastiamque delesse smirnam in cepisse: inde in scytiam reversum ex preda ab ducta urbem nobilem edificasse: Ab eodem rex theucrorum qui magne parti asie imperitabat acie superatus: captusque est, multa suorum cede quem ille more . inclusum in spectaculum fortune per universam ferme asiam circumduxit.

Margin notes (left):
quo [modo / Iure / Iustitia / continentia]
Mitridatem Regem ponti: Laqueo finisse.
Anthyocus Rex asie.
Tambellanus ex scythia.
Eufrates.
Cesarea / Sebasthia [delete
Rex theucrorum captus.

Margin notes (right):
Arma.
Sanguis
Rapine.
Excidia.
Servitus Asie.
barbaries gentium.
damascus ~~depopulatus~~ spoliatus.
Smirna [illegible]

Praetereo innumeras graecorum urbes egregias q. uniuersum litus asie occupauerant funditus euersas. Armeniorum medorum. ponti. persarum. asiriorū. lido rum: caeteraque asie regna: extincta penitus in paucorū ditionē peruenere. Ita non solum ciuitatū: sed regiorū quoque strages maxiā facta est. quod precipuū argumentū esse dinoscitur nr̄e infoelicitatis. Omniā profecto humana: qtum uis p ampla ac magnifica suum fatum sortiunt. ut nil perpetuum in nr̄is operibus reperiri possit. quis unq̄ opinatus esset, exillorū temporum uiris babilonē urbem tam praeclaram, tanto labore, tanta impensa, tot hominū milibus, a semirami hedificatā ullo unq̄ tempore perituram. Multa referuntur de murorum ambitu, qui quinq; & quadraginta fere miliaria complectebatur. Multa de murorum amplitudine. latiori multo, q̄ qua duo simul currus ducerent. altitudinē quinquaginta cubitorū fuisse ferūt. Turres ducente, & quinquaginta: que latitudine: atque altitudine menium magnificentiā equarent.

Cum per urbis mediū eufrates flueret: urbem ponte quinque stadiorū longitudinis miro opere iunxit. arces preterea duas ab utraque pontis parte cōstructas: quarū altera septem, altera triū miliū passuū ambitus erat. adiecit. Hanc urbem uno anno edificatam tradunt: trecentis milibus hominū ad id opus electis: ac singulis stadijs uno confectis die. Additus est, & ortus pensilis opus inter septem miracula orbis enumeratū: tante molis tante rex

Innumere urbes grecorum euerse.

Regna: Armeniorum. Medorum. Ponti. Persarum. Assiriorum. Lidorum.

Nota.

babilo urbs praeclara.

Semiramis.

Ambitus murorum. 45. milliaria.

Amplitudo murorum.

Altitudo

Turres ducente & quinquaginta

Eufrates per mediū urbis.

Pons longitudinis quinque stadiorum

Arces ab utraque parte pontis.

Una septem. altera trium millium passuum ambitus erat.

Uno anno edificatam.

Opus inter septem miracula.

diuersarū magnitudinis: Pauca uestigia supersūt. tam praeclare urbis nomine in ea regione obliterato: Innumeris fere egregijs urbibus asia insignis erat, quarum hodie nulla extat memoria. nomē tantū aliquibus in locis urbium remāsit.

Non recensebo bella innumera, per romanos principes: diuersis asie nationibus mota. Pauci enī fuerūt: qui nō aut uersus asirios. aut persas: aut scytas: aut partos armis uaria fortuna pugnarunt: Multi uictores: plures uicti reperiunt. Traianus certe armenios persas scytas: partosque: separauit: ademptisque regibus: omnia ea regna in prouinciās redegit: Antea. M. crassus. parthis intulit bellū. Verum fraude captus: & occisus est: M. Antonius. iterū eos ualido exercitu lacessiuit: sed summa cum ignominia abire rerum inopia compulsus ē. Ventidius. bassus: postmodum parthiam ingressus illos commissa acie superauit: uastauit agros: egitque ut pacem postea ab augusto postularet. que omnia, & spectant ut palam sit semper asiā magna in miseria uersatā. preteribo urbis notissime ierosolimarum desolationē ac uastitatem. quoniam notissima res est, templi quoque magnificentissimi oīum que unq̄ fuint ruīna. quoniā iudeorū culpa tanta calamitatis contracta est. quorum multa infoelicitatis extant exempla. cecideRūt. Legimus alexandrum ferreū cum ex egypto in bruttios transisset rhomanos bello appetiturus apud acherūta flumē transfossum lancea occubuisse. pyrrhumq̄

Margin notes (left): Versus {Asirios. Persas. Scythas. parthos.}; Templū magnificentissimū.

Margin notes (right): bella p Romanos principes &c.; Traianus.; Reg i prouincias.; M. crassus.; M. Antonius.; Ventidius bassus.; hierosolimarum desolatio, et uastitas.; Allexander ferreus; Acheronte.

epirotarũ regem cum bellum, transuectus mare rhomanis intulisset uictum obscessisse italia. dein in oppugnatione argos saxo percussum interisse. Persem macedonie regem uictus bello a rhomanis superatũ, captumque pauli emilij triumphũ uinctũ cathenis aureis decorasse. Et si tantaplurimorum regum infoelicitas fuit. quid de caeteris extimãdum. quorum quisque suo premitur casu. qd de uulgo iudicandum inquio fortunã uim suã exercere sapientes censent. omnes greciſ finitiẽ nationes suis regibus carent. sarmate traces hyrcani regno priuati in tyrannorũ ditione cessere. Scyte, qui in europa sunt. quos tartaros uocant. diuisis imperijs continuis inuicem armis bellantur, uagi instabiles imperatores saepius mutantes. mesij. Vngari poloni. rutheni. caetereq finitime ad septentrionẽ gentes semper inquietas ab armis fuisse legimus. & aut alijs intulisse bellum, aut inter se dissidisse. Germania ois semper uarijs tempestatibus iactata est. et uel proximos armis lacessiuit, uel suo decertauit marte. Magna pars eius a rhomanis haud paruis calamitatibus subacta, ab ungaris postmodum saepius populata est. Dacie. suetie. noruegie. gothorum regna, & antea semper, & nunc quoque aliqñ ab uno, quandoque a pluribus regibus possessa. neque regnorum he mutationes absque humano sanguine, & regionũ desolatione contigere. Germanis est contermina rheno

Pyrrhus Epyrrotarũ Rex.
Perses Rex macedonie.
pauli emilij triumphus.
Sarmate. Traces.
hyrcanj.
Europa
Scythe .s. Tartarj.
Mesij. Vngarj. polonj. Ruthenj.
Germania
Regna Gotorũ
Dacie. Suetie. Noruegie.
Rhenus.

gallia. interfluente gallia. haud quaquam & ipsa paruas: aut
breues perpessa calamitates. Nam ut priora relin-
quantur secula, de quibus magis fabulosa quam uera tra-
di possunt: ea tamen simili superioribus temporibus
fortuna exagitatam credimus. C. caesar octo annos — C. Caesar.
multo sanguine. — multo sanguine: uaria clade. lamentabili pluri- — Lamentabili ruina
Varia clade. — marum urbium ruina, prouinciarum uastitate:
prouinciarum vastitate. — uariarum gentium cede afflictam, tandem rhoma- — Libido
gentium cede. — no imperio coegit parere. Libidini postea seuitieque — Seuitie } Imperatorum
diuersorum imperatorum paruit. Post constantini
imperium labentibus rhomanis, culpa principantium, — Constantini imperium
uiribus, cum saepius galli ob auaritiam crudeli-
tatemque ducum, qui illis preerant, defecissent,
uariamque fortunam experti, magnis cladibus
essent debilitati, occasionem exteris nationibus
ad se inuadendam occupandamque praebue-
Franci gens barbara. — runt. Primum franci gens barbara, sicambria — Sicambria.
ut ferunt, egressi cum theodosii archadiique imperio — Theodosius
Rhenus. — in germanie oppidis iuxta rhenum consedissent. po- — Archadius } imperatores
stea ratibus traiecto flumine cum quintio & hera- — Quintius
Treueris. — clio rhomanorum ducibus apud treuerim congressi: — Heraclius } duces
superiores certamine, deleto exercitu, duces
interficiunt. Vrbem captam diripiunt, atque
incendunt, anno domini 286. huius urbis rui-
Colonia. — ne coloniam agripinam adiciunt. Deinceps in
Parisius. — interiorem profecti galliam, parisios. senones. — Senones.
Carnotum. — carnotum, reliquasque urbes atque oram
omnem: que ab eis francia est appellata. occupa- — Franci.
Vandalos. — uerunt. vandalosque bis galliam populantes ma-

gna cede attriuerunt. Post hos alamani a germanis orundi eum omnem tractum, armis sibi uendicauere: quem flumen praeterfluit haud multum abinde remoti. cuius ab hostio ad alpes usque suum nomen protenderunt. ab eisque est alamania appellata. cum his clodoueus francorum Rex congressus: cum inferior esset uiribus, uoto suscepto se christianum fore si uicisset, alamannos superauit uotumque cum tota sua gente opera remigij epi viri sanctissimi persoluit. Aquitania insuper ab theodosio gothis concessa est. Supuenere: & burgondiones gens bello aspera a septentrionali plaga progressi, eamque portionem galliae possedere: quam hodie quoque burgundiam dicunt. hi rege sibi constituto magnam galliae partem lacessentes bello saepius cum finitimis acie dimicarunt. Tandem ab imperatoribus othone primo & corrado superati. post. cxxx. quibus regnarunt annos in eorum ditionem cessere. Northmani postremo a boreali regione quam northum appellant, egressi uarijs in locis gallias populati sunt. hi primum dorestano, uix mose hostia emporio nobili deleto: per legerim fluuium, galliam agressi plures urbes. inquibus nannetem, andegauis, turonis: pluresque aliae ferunt: ui capiunt, spoliantque. Lotharij imperatoris tempore. anno dni. 837. inde domum regressi. Paulopost maiori manu redeuntes: perque hostium sequane rursus galliam uastantes eam sibi partem armis uendicauere. que nunc ab eis ducto nomine normandia uocatur.

Alamani a germanis orundi.
Alamania.
Clodoneus Rex francorum.
Remigius Epus.
Aegtania. Theodosij goti
Burgondiones aspi.
Burgundia.
Otto primus / Conradus — Imperatores.
Northmani.
Northum.
Andegauis: Turonis.
Lotharius Imperator.
Normandia.

. Rothomagus .

rhotomagumque regni caput sibi constituunt. Vbi cum regnassent diutius uicinis regionibus infesti francorum tandem uirtute subacti sunt: atque eorum regno additi. Vltimi britones insula britannia ob intestina bella pulsi: eam galliam maritimam oram tenuere: in qua ueneti erant: possessam a priori patria britaniam dictitarunt. hec tanta uarie gentis in galliam inundatio quantam eius cladem ac uastitatem secum importasse putandum est? maximam profecto atque eam que suo exemplo, ingentis miserie nostre conditionis testis esse possit.

. Britones . | Britania insula.

. Veneti .

Sed neque post francorum stabilitum imperium a barbarorum incursionibus: & bellis tuta gallia fuit, nam post imperium in germanos translatum, ungari bis germaniam: ac galliam populati non absque multorum hominum nece: ac calamitatibus abierunt. reges quoque ipsi francorum. Multis finitimorum bellis exagitati sunt. Secuta sunt iam annos ultra trecentos ultra gallie: atque anglie reges bella continua: ex quibus quantum sit sanguinis multis preliis effusum, etas tum superior, tum nostra perspexit. Adde his bella plusquam ciuilia que nouiter exorta inter gallie principes factione pestifera pluribus annis inguisse paulo ante perspeximus. Nullum certe abfuit ab eis calamitatis, aut crudelitatis genus, que res aperte ostendit: in ea maxime natione conditionis humane miseriam fuisse euagatam. Quid de britanie insula dicemus? non ne & ipsa uariis tem-

Imperium in germanos translatum .

. Vngari .

Reges francorum .

. bella inter { gallie / Anglie } Reges .

Bella plusquam Ciuilia inter Gallie principes .

. Britania .

pestatum iacturis longeuo tempore concussā legi-
mus. & extrema pene excidia perpessam. Mitto
ea tempora: quibus rhomanis paruit: non absque
magna clade libertate amissa. cumque saepius
ab imperatoribus desciuisset, multo cum sanguine
defectio castigata est:. Excusso aut penitus rhoma-
norum iugo. uariisque inter eos exortis regibus: cū
mutua cede, ac urbium uastitate seuirent:
angli tandem noua, a germania profecta gens: — Angli, noua gens ex germania.
in insulam transgressi cum unius factionis tutelā
suscepissent: uictis postmodum pariter, & uictori-
bus imparuit: Ex quo amisso priori nomine in
anglorum nomē ditionemque insula bis cō-
cessit: neque tn̄ post intestinis dissensionibus caruit.
Nam, & paulo supra trecentesimū annū: moto inter
eos bello Dux normannie guilelmus ab altera fa- — Guilelmus dux normanie
ctione uocatus: regno potitus est:. & nr̄a aetate
mutatione cedeque regum, & principum pluri
mum sanguinis sparsum fuisse nouimus. Hinc
ad hispanias: que haud parua Europe portio ē — Hyspania
aggrediamur. Omitto antiquas miserias: quas
á tyrannis pristis temporibus passa est. Diome- — diomedes nutriens
. hercules. dem ab hercule mactatum tradunt fabule equos — equos humanis car-
humanis carnibus nutrientē. Transeo tytanas: — nibus.
Titanis. Titanos. & omnes superiorum temporū tyrannos. Postea-
q carthaginenses. rhomanique regnare atque — Cartaginenses.
imperare ceperant. amborum facta preda, mul- — Romani.
tis seculis continua bellorum strage debilitata tā-
dem armis subacta, rhomanis diutius paruit.

Vandali. — A quibus soluta avaritia: atque libidine tractatos extimandum
Gothi. — est. Labente rhomano imperio uandali genserico duce hy- — Genseric duc.
spanias depopulati sunt. Goti postmodum rhoma capta
ac spoliata cum in africam transisset: in hispaniam
deinde traicientes: annos in ea circiter ducentos
sexaginta regnarunt. Inditionem postea peruenit mau-
Mauritani. — ritanorum: qui eam usque ad caroli magni tem-
pus tenuere: uaria usi in omne genus crudeli-
Carolus magnus. — tate. his carolus bello superatis. prouinciam a barbaro-
rum seruitute liberauit. Ab afris postmodum maior
Affri. — eius pars oppressa est: hodie quoque mauri partem ma-
Mauri. — ritimam tenent regnum granate nouo nomine ap-
Regnum granate. — pellatum. Ea quoque ora omnis: que aragonia: &
Aragonia. — ualentia dicitur. Paulo minus ducentis annis
Valentia. — a barbaris recuperata est. Et item baleares insule. — Baleares insule.
que illorum ditionis erant facte. Signum eas
regiones a barbaris fuisse possessas id est precipuum.
quod maritima omnis ora cum auris incolitur.
qui in sua perfidia perseuerantes tributa regibus
christianis persoluunt. Harum tot tantarumque mu-
tationum uarietates haud dubiam coniecturam
praebent hyspanos omnis nunquam uitae miseriae ua-
Affrica. — casse. Transeamus ad oppositam affricam. si libet: &
qua societate diuersis diis paruerit perscrutemur.
Eius magna pars libia ethiopie finitima continet. — Libia. Ethiopia
Affri. — Afri deinde numide. getuli. mauritani. mesulique
Numide. — que prouincie diuersis quondam regibus paruerunt
Getuli. — Ab his omnibus plusquam barbarica tyrannide oppressi
Mauritani. — fuere populi: alienorum enim appetitu continuis in
Massulij.

bellis ob regum aliena appetentium libidinem versati
sunt. Primum gorgonum gentē tradunt in africa re- gorgones.
gnantem a perseo iouis filio victam: que nō solum perseus iouis filius.
africe infeste fuerunt, sed in asiam transeuntes
magnam illius partem sunt depopulate. In Africa
uero plures sibi subigere nationes. Athlantides Athlantides.
ab eis cum pluribus imperarent urbibus, bello lacessi-
ti sunt: urbem tyrenem ui captam: omnibus usque Tyrene.
ad pubertatem interfectis destruxere crudelius:
quam par erat: ad terrendos finitimos: uictoria use.
Cum his constituta pace regina earū myrina . Myrina Regina.
exercitu triginta miliū peditū duorum miliū eq-
tum fulcta ad propinquos gentes: arma uertit
quibus acie superatis: usque ad herculis aduentū. herculis aduentus.
a quo regnum earum deletum ē in lybia regna-
runt. Tytanas antea dionysius omnes bello uice- Titanes. dyonisius.
rat. Reliquae africe prouinciae: usque ad cartha- Reliquae prouinciae regibus
ginensiū tempora regibus: qui & ipsi bella inuicem paruerunt.
excitabant paruere. Secutum ē deinceps impiū
carthaginense. quod non absque multorū cala- Impium carthaginense.
mitate compatū ē. Atque hi finibus africe nō conten-
ti. hyspaniā multis miseriis affecerūt: arma in siciliā . Sicilia.
ac sardyniā uerterūt, & ubique incerto marte mu- . Sardinia.
tuaque pernicie bellatū. Secuta sunt deinceps pri-
mum secundum ac tertiū cū rhomanis bella gra- primum. 2m. 3m. bella punica.
uissima: in quibus quantum fuit sanguinis humanī effusū
mirabile uidetur dictu. Ea certe bella nō solum
carthaginis: sed totius africe ruinam secum traxere:
. Carthago. quadraginta ferme annis carthago cū rhomanis . 40. annis.

terramariq certauit. Tandem: subacta: capta: i
censa: euersa est: quo nil miserabilius: nil crudelius
excogitari potuit, q urbem tam magnificā tā potē-
tē tantis rebus gestis preclarā spoliatā, deletam
euersam, nullum maximarum miseriarū genus
effugisse. Viginti duo milia passuū urbem ambitu
complexā tradunt, duo milia arcis muros: de-
cem, & septem diebus uniuersa urbis edificiā
ignis absumpsit, maximū documētum humāe
calamitatis. Tot tamq3 aspera bella, quibus ma
gna cum suorum strage succubuerūt: tot tanto-
rumque tum principum, tum exercituum amis-
sio ac trucidatio: tam seuus urbis adeo magni-
fice interitus. tot edificiorum conflagratio: tot
multū hominū flebilis seruitus: non ne insta-
biles fortunae opes: fragilem atque imbecillam
humane sortis conditionē: miseram uitae nrē
conditionē rōnem ondunt. Admonet q3 nihil
tutum in hoc uiuendi curriculo a calamitatibus
esse posse. Adijce his calamitatibus regis siphacis cap-
tiuitatem: uictus. n. prelio in Scipionis potestatem
cum deuenisset rhomā cum reliquis captiuis mis-
sus: tibure defunctus est: post obitum massisse re
gis numidie, iugurta dolo: & fraude regnauit.
at ipē bello uictus: cum unus in ditionē mary
ductus uinctus ante triumphantis currū processit.
Paulo q3 a saxo tarpeio deiectus obijt. Restituta
postmodum Tiberij gracchi decreto carthago est:
& colonia eo missa. Non tamē ea urbem prouinciaq

pace diutius licuit frui. Antea Pompei postea cae- — pōpei / caesaris } bellis ciuilib.
Vandali. saris bellis ciuilibus lacerata e. Secuta sūt uādali
Gothi. gothiq. a quibus longo tempore possessa carthagie.
Demum a bellisario liberatam legimus. Varijs — bellisarius.
deīn quassata molestijs iterum barbarorū qui
Saraceni. saraceni dicūr crudelitate deleta ac prostrata — deleta. prostrata.
adeo fuit, ut pauca eius uestigia supersint. Nō
ē omittenda cypri opulentissimi quondam regnī — Cyprus.
uastitas deflenda quam paulo añ trigesimum
annū scimus contigisse. Classis regis egiptij quē — Rex egipti.
Soldanus. soldanum uocant cum insula inuasit occurrē-
tem ex improuiso regem capuit nicosiam urbem — Regis captio. Nichosia
regni caput omnemque insulam preter pauca
munita oppida spoliant. predam regemq. aegyp- — Spoliato insule.
tū asportarūt. Rex pactus dare tributū quot annis. — Rex pactus dare tributū.
in insulam desertam ipē omniū rerum inops
reuersus ē. Graues admodum deflendique ui-
dent. quos caeterarū gentiū atq. urbiū retuli ca-
sus fortunae seuitie insignes. Verum in urbis Rho — Urbs Roma.
me italieque ruinis asperius crassata illius aspe- — Italia.
ritas uidetur quas ego tāq̄ in extrema acie re-
seruaui: ut nō sit mirandum eas prouincias
que urbi paruerūt collapsas ac prostratas fuisse.
cum reginā orbis rhomā & gentiūm imperatricem — Regina orbis Roma.
italiam tam fede laceratam ac uexatam concernat. — Imperatrix gētiū. Italia.
Italiam ante urbis condità fuisse semper, tum ab ex- — Externus / Domesticus } hostis.
terno hoste, tum a domestico inquietam legimus. plu-
Guerre navales. res eius maritimas oras & mediterraneas graece
nationes occuparūt. A supero mari mantuam — Mantua.

patauiũ ancona ab externis condite: qui et ipsi
troiana stirpe oriundi erãt. ab infero luna pise
populonia cume: neapolis: tarentũ: & oĩs tractus
maritimus q ad graeciam uergit: graecorũ ur-
bes esse dicũt: Saturnus antea ad italiam fugiẽs:
primus ea loca tenuit: ubi nũc mõs est capitoli-
nus: post hunc euander palatiũ edificauit: ibiq
constituit regni opes: Postmodũ eneas in latiũ
nauibus delatus non absque bello: quod tur-
nus multo sanguine excitauit: Lauiniũ sibi se-
dem concedente latino rege delegit: Latiũ ar-
chades: & pelasgi inhabitarũt: a quibus umbri suis
sedibus exacti sunt. Agillaq urbs a pelasgis: & co
ra a dardano troiano condite. Etrusci usq
ad alpes imperiũ protenderũt/ omnibus iis locis
subactis: que postea cisalpina gallia nuncupata est.
Tenuerũt quoque omnẽ eã regionẽ: que ad supe-
rũ mare protendit. & edificata in littore maris
urbe quam adriam dixere: a qua/ & mare
nomẽ traxit. Transcenderunt postea superatis
alpibus in italiam saepius galli: senones: insubres
boi: qui pulsis etruscis/ omnes regiones in quibus
nunc lombardia est: usque ariminũ ferme
iã pulsis: aut subiectis possessoribus/ tenuere: gẽs
ad etruscos: & urbem usque rhomã arma pene-
trauit. Secuta est urbs ab romulo condita: que
flagellum non solum italie: sed totius orbis ue-
rissime dici potest: Nam dum imperiũ ampli-
ficare cupit: & uicinos quoq subigere infinitas/-

Left margin: patauium: Ancona. Luna. populonia. pisae. Cume. Neapol. Tarent. Lauiniũ. Latium. Aquila. Cora. Gallia cisalpina. Adria. Lombãdia. Ariminũ.

Right margin: Saturnus. Capitolinus mons. Euander. Eneas. Turnus. Latinus Rex. Archades. pelasgi. Umbri. Dardanus. Etrusci. Galli. Senones. Insubres. boy. Urbs Roma. Ro.

urbium ruina: & multarum prouinciarum uastitate. plurimarum gentium pernitie in tantam molem imperij deuenit, ut suo pondere ruere sit coacta: . Sed dum rhomani uicinos quosque subigere conantur, ab externo hoste appetiti magnis cladibus extremam declinauerunt fortunam. Ante galli tum pyrrhus multum itali sanguinis duobus prelijs effuderunt, tum maxime hannibal quatuordecim annis italie atque urbis uiribus attritis: pluribusque captis urbibus deletis: uastitas italie appellari potest. Superuenere deinde cymbri: & ipsi magna rhomanorum militum cede in italiam profecti: quibus, nisi uirtus marij obstitisset, actum de imperio rhomano fuisset. Sociale deinde & ciuile bella sunt excitata, nec nisi magnis sedata cladibus & plurium urbium ruina. Verum plures urbis (sc. romae) quam italie tempestates fuisse uidentur. numquam enim a primatis dissensionibus, numquam ab intestinis certaminibus: numquam a domesticis contentionibus: numquam aut externis aut ciuilibus quieuit bellis: dum regibus paruit adeo illis uirtus ciuium infensa erat: ut brutus animi magnitudinem, stultitie simulatione tegere cogeretur. libertate parta nostis plebis secessionem. nostis eius & patrum diutina certamina. nostis seditiones tribunorum, ac inter eos & patres usque ad cedem dissensiones. nostis optimorum, et bene de re. pu. meritorum ciuium exilia: ut semper uexatam tum a bellis: tum ab domesticis contentionibus urbem fuisse constet. Quid enarrem?

Left margin notes:
Iuxta illud Lucani i pri. In se magna ruunt.
14. annis.
Reges.
Virtus ciuium.
brutus.
Libertas.
plebis secessio.
Tribunorum seditiones.
Vrbis uexatio.

Right margin notes:
Ruina plurimarum urbium.
Vastitas prouinciarum.
Pernicies gentium. Roma.
Externus hostis.
galli.
pyrrhus.
Hanibal.
Vastitas Italie.
Cymbri.
Marius.
Sociale / Ciuile — Bellum.
primatum dissensiones.
intestina certamina.
domestice contentiones.
Externa / Ciuilia — bella.
Animi magnitudo.
Stultitie simulatio.
plebis / patrum — diutina certamina.
Tribunorum / patrum — dissensiones.
Optimorum ciuium exilia.

duces | Imperatores | Exercit9 — .Ro. — superati | fugati | cesi | trucidati — In hispania. | Italia | gallia | Germania | Affrica | Asia. | Europa | grecia.

Varia piculorum discrimina.

Infinite urbes marte assumpte.
prouincie cultoribus desolate.
Nationes delete.
Urbs Ro. lacerata ciuilibus bellis.
bella Ciuilia —

clades. | pestes. | Incendia. — In — Urbe | Italia | toto orbe terrarum.

Certamina inter Ciues.

hispania. italia. gallia. germania. africa. asia. europa grecia duces ro. superatos: exercitus fugatos: ac cesos: trucidatos imperatores: sanguinē per orbem sparsum: uaria periculorum discrimina, quibus semper urbs fuit exposita? quid recenseam infinitas pene urbes: magno marte absumptas? prouincias cultoribus desolatas. deletas nationes? Quid uero loquar de bellis ciuilibus tam saeuis: ac nephandis: quibus romana urbs est lacerata? Mirum dictu uidetur quātā cladem, quantam pestem quantum incendium in urbe italia, toto ferme deinque terrarū orbe excitarint. Saepius inter ciues armis est certatum, cum magna ciuiū internicione: q̄ luctuosum, q̄ deflendum, q̄ detestabile spectaculum erat conspicere in foro, in rostris in curia affixa proscriptorum capita: & hastam illam, sub qua damnatorum ciuiū bona uenibat. Nullum tn̄ crudelius: nullū execrabilius tertio bello, quo libertas penitus amissa est. quo tempore quattuor milia ciuiū unico edicto proscripta uario supplicio perierūt: quantā caedem tum ciuiū tum externorum fuisse putandum est, in pharsalia africa: hispania in ipā urbe cum marij sylle carbonis cynne crudelitas ciuiū sanguinē sitiret. Mitior caesaris uictoria fuit perniciosior trium uirorum: qui rempu. oppressere. miserrima profecto illorum temporū censenda condictio est: quibus nil iustum, nil equum, nil sanctum, nil fidum, nil tutū: nil cuiq̄ exploratū erat.

Capita pscriptorum conspicere.
Bona dānatorum uendere sub hasta.
Tertiū Bellū Ciuile, crudelius.
Libertas penitus amissa.
Quattuor millia Ciuium perire.
Vario supplicio: unico edicto.

Crudelitas — Marij. | Sille. | Carbonis | Cynne. — in sanguinem Ciuium.

Victoria Caesaris mitior.
Triū virorum pniciosior.
Misima condictio.

Nil — Iustum. | Equum. | Sanctum. | fidum. | Tutum. | Exploratū — erat.

.redundabat.

redundabat enim undique crudelitas quo certū vitae terminum sibi constituere posset. Verissiē testarer si opus eēt: raro maiorem uastitatem urbem atque italiā esse perpessam: q̄ eam: quā hanibal importauit. Testes sunt exercitus ad trebiam. ad lacum trasimenū, ad cannas ad brutios: multisque alijs in locis occisi. Testis est capua urbs nobilissima per uim recepta. que ciuibus partim trucidatis: partim diuenditis: crudelem inmodum dilaniata est. Testes sunt reliquę italie urbes permulte: quas eo bello hostilis furor euertit, nullo unq̄ antea tempore: nulla aetate adeo italia lacerata est. Secutus est post tot clades augusti cesaris principatus: cuius imperio paulū a bellis italia quieuit. Sed dei prouidentia atque ope id accidisse constat, ut pace toto orbe constituta, nr̄ saluator nasceretur. Subiere deinceps in imperiū plerique nō homines: sed portenta, nequissima ad perniciē hoīum procreata tyberij: caligule. nerones: vitellij: domitiani pluresque praeterea, qui tā q̄ tyrāni nequissimi nil nisi crudele uastum inhumanū detestandum, nihil nisi de delenda urbe: atque imperio cogitarent, adeoque uires imperij labefactarent flagitijs: tum uirorū excellentiū cede labefactarent, debilitarent. ut nulla sequentiū principum, si qui boni dabāt, uirtute instaurari eorum inmanitas posset. Ita non imperatores: sed inmanes feritate bestie ad interitum urbis ad italie uastitatem, ad prouinciarū

Crudelitas undiqȝ.

Vastitas urbis et Italie facta ab Hanibale ~~magis quam alijs~~ eminuit.

Exercitus occisi ad: Trebiam, Lacū trasimenū, Cannas, brutios: et alibi

Capua per uim Recepta dilaniata.

Reliq. urbes Italie bello euerse.

Principatus Augusti Cesaris.

Natiuitas nri Saluatoris. pax.

Tiberij, Caligule, Nerones, Vitellij, Domitiani — nō hoīes sed portenta nequitia ad hoīum perniciem.

nil nisi: crudele, Vastum, Inhumanū, detestandū.

omniũ p[ro]uitiem, ad clarissimorum hominum necem tantũmodo nati intentique uidebant[ur]. quos a sanguine ac p[er]nitie hominũ magis saecitas retraxit: q[uam] uoluntas. Adiciamus licet caeteris urbis calamitatibus ignis damna: quo ciuitas omnis fere deleta est: incendium prius nerone i[m]perante omnia ferme antiqua illa absumpsit edificia, omnem pristinũ monumentor[um] decorem, o[mn]ia templa subuertit. Ex xiiij. regionibus septem solotenus delete triumpaucorum tectorum uestigia superfuere: quattuor integris relictis quas et ipas uespasiani tempore similis incendijs labes euertit. Secuta est extrema urbis et imperij pestis Constantinus qui roma tanq[uam] nouerca relicta abiectaque illius omni cura noua romã intra ea ubi bizanciũ erat: fundauit: qua ex re ruine urbis excidii italie: imperij debilitandi occasio data est: Duo pro unico imperatores creabant[ur] cum nequaq[uam] tanta in uno esset uirtus: ut solus maiestatẽ imperij tueret[ur]. hinc omnia mala emanarũt pro uno monstro duo sunt excitata: qui uiros illustres sapientes: pace, et bello utiles tanq[uam] pessimi carnifices interfici praecipiebant, quo factũ est, ut confractis imperij opibus deficientibus sapientum consilijs facultas daretur barbaris nationibus: ad italiam transeundi: atque multe prouinciae ad excutiendũ iugum imperantiũ crudelitatis, ad deffectionẽ impellerentur. Miserri ma profecto fuit. et urbis et italie fortuna, que

Margin:

Incendiu[m] urbis a Nerone factu[m].

Solotenus.

Incendiu[m] sub Vespasiano.

Extr[em]a pestis { urbis / imp[er]ij.

A Constãtio Roma relicta et prorsus abiecta.

Duo imperatores p[ro] unico.

Cõfracte opes imp[er]ij.

Deficientia c[on]silia sapientu[m].

Barbare nationes ad Italiam.

Multe p[ro]uincie deficientes.

tam malis principibus non italis: sed semibarbaris tam saevis tyrannis qui videbantur ad orbis interitum nati: parere cogerentur. Deflende videntur multiplices: quas vetusti superiorum temporum calamitates: sed crudeliores multo atque acerbiores que sunt postmodum secute. Nam centum ferme annis urbs Roma quinquies a barbaris nationibus capta ac direpta est, magna cum totius Italie ruina. A gothis qui per Pannoniam Honorii tempore in Italiam descenderunt. Primum ab Alarico deinde paucis post annis ab Athaulfo qui ei successerat ducibus captam spoliatam direptamque fuisse constat. Numide postea Genserico duce ex Africa, quo ex Hispania traiecerant: navibus in Italiam advecti: Romam occupant spoliantque annos ferme quadraginta post urbem ab Alarico antea captam. Hic per Campaniam: quam cum multa urbium ruina depopulatus est: in Africam cum preda reversus Eudoxiam antea Valentiniani uxorem secum duxit. Odoacer deinde Torulingorum Herulorumque rex Italiam petens: superato apud Ticinum Horeste patricio Augustuloque: ab imperio deiecto, Roma potitur. Sed a Theoderico gothorum rege undecimo: postea quam Italiam urbemque ingressus erat, anno apud Ravennam interfectus causam prebuit gothorum ducibus qui sibi Ravenne sedem regni constituerant: Italiam vastandi. Totila postmodum ex horum omnium crudelissimus, suorum reliquiis in unum coactis post multarum urbium cladem, in quis primam hanc civitatem fuisse tradunt.

In annis centum Ro. quinques a barbaris capta ac direpta.

A Gothis per Pannoniam tempore Honorii.

Numide duce Genserico hispano transvectis advecti.

per Campaniam reversus.

Odoacer Rex Torulingorum Herulorum.

apud Ticinum superato Horeste primo Augustulo deiecto.

Interficitur a Theodorico gothorum Rege XI apud Ravennam.

Totila Crudelissimus.

Florentia.

Roma obsessa.
fame dedita.

Crudelitas Totile in Urbe Romam.

urbem abse obsessam: ac fame ad deditionem compulsam truculentius q caeteri diripiens muros euertit, domos incendit, captiuos abduxit: tanta usus crudelitate: ut rhoma quadraginta dies absque habitatore ullo permanserit: feris tantu & bestiis habitaculu facta. Inde paulopost ad urbem reuersus mitiori animo imperauit urbi: adeo multis calamitatum tempestatibus debilitata est ut nihil preter nome pristine imaginis tenere (?).

Roma paruit tu Regibus gothorum
Variis Imperatoribus tyrannis.
Amisit Imperium.
Longobardi gens barbara ferox.
quanto et quoties in Italia Regnauerit.
Lombardia.
Rauenna: Beneuentum.
anos ducentos.

Deinceps tum gothorum regibus aliquandiu paruit, tum uariis imperatoribus ac tyrannis quorum libidini exposita nonsolum imperiu amisit: sed uix se alienis uiribus sustentat. His urbis italieque uastitatibus longobardorum inundatio accessit gentis barbare ac ferocis que magne italiae portioni dominata est. Omnem quippe cisalpine gallie regione: que nuc lombardia est. ab eis cognominata: omne que superi maris ferme tractum abrauenna beneuentum usque tenuere. Ducentos paulo amplius annos in italia regnarunt. & romanis & summis pontificibus multorum cu pernitie infesti. quo accidit, ut adcomprimendas eorum iniurias tum pipinus: tu carolus: qui postea & imperator factus: in italiam acciti, deuicto desiderio, eam (Italiam) ab longobardorum seruitute liberarent.

mare superum.

pipinus.
Carolus: Imperator.
desiderius rex longobardorum.

Maurorum gens.
Italiam inuasit.
beneuentum.
Nuceria.
Ciuitas potuensis.

Maurorum quoque multitudo ingens: & antea, & paulopost, italiam iam debilitatem inuasit. Beneuentum, ac nuceria plurresque uicinas urbes. ab eis ui captas: diutius tenuere. Euersa portuensi

ciuitate/rhomanum agrū saepissime incursantes,
basilicam sancti petri omnibus spoliarūt ornamentis: — Basilica s[anc]ti petri —
Leo pontifex — quare pmotus tertius Leo Pontifex uaticanū muro — uaticanū.
cinxit: quo tutior esset locus a barbarorum incursu
neque tamen deuictis longobardis, aut mauris
expulsis: quies italiae data est, aut urbi pace frui
licuit: Nam post imperium carolo demandatum — greci Imperatores.
pars graecis imperatoribus: pars successoribus caroli — Successores Caroli.
parebat. qua ex re dissensiones ac bella, tum in
urbe tum alijs in locis: exoriebantur. Plures in italia — plures i[n] Italia Tyrāni Reges Imperatores
tyranni reges imperatores deinceps fuerunt: a
quibus semper uexata, atque exinanita est: Ea
parte italiae: quam hodie regnum neapolitanū — Regnū Neapolitanū.
appellant, bello intestino fessa, altera factio uiribus
inferior auxiliū a roberto ac richardo normanorum — Robertus Ricardus duces normanorum
Ducibus: qui eo cum pluribus suae gentis militibus:
ante millesimū ac centesimū annū transuexerat.
Petiuit. cum diutius inter eos bella gererent, qui
normannis successerat, duces p alienorum calamita
tes: suas opes adeo armis auxerut: ut postea ro- — Rogerius factus Rex
gerius p anacletū pontificem duobus de regno — p Anacletū pontificē.
certantibus rex sit factus: Id regnum postea bello
saepissime appetitum, et ad nr[am] usque aetatē
diuersae gentis Reges in eo haud paruo certamiē
regnarunt. Finitime regno prouinciae quae ditio- — prouinciae finitimae Regno.
ne rhomanae eccl[esi]ae concesserūt. qua fruantur gere,
ipsi: ut de superiorum temporum conditione sileatur,
conspeximus: Etrusci frequentibus inter se bellis hac- — Etrusci.
tenus pugnarūt. Nulla ciuitas etrusta est quam nō

pãnalitatel exercite. — *Provincia ingeta.*

domestice exagitarit factiones. quo ad hec nrã
urbs magna illius parte potita ē. Sed usque ad
hoc tempus: appellare possimus provinciam īge-
tā: numq̄ enim post trecentesimū annū contigit,
ut nō aliqua eius civitas vel domestico, vel

Ianua ligurū urbs.

externo bello laboraret. Ianua ligurū urbs hodie
mari: plurimū potens: paulo supra quingentesimū
annū classe maurorum capta populata atque

Lombardie urbes.

eversa ē. Lombardie, que ita dr. urbes tū impa-
torum tū tyrānorū: quibus subdite fuerūt longo tē
pore: sevitia sunt afflicte, ut de superioribus eorum

Federicus tertius Mediolanū obsessum fame.

malis taceam. Federicus tertius urbem mediolanū
triennio obsessam, fame ad deditionē compulit.
in qua incensis tectis: dirutis edificiis. civibus

Ruina papie placentie.

captis: tante eius vastitati: papie placentieque
addidit ruinas: non nulle preterea ab impera
toribus: obsesse capteque civitates: diversis malis
conflictate sunt. Pauca eius gentis loca, vel im-
peratorum vel tyrānorū qui sua quisque oppi-
da per vim ceperat, vitare potuit crudelitatem.

Azolinus romanus crudelissimus tyrannus patavinus. Undecim millia civium combustorum.

Azolinus rhomanus: vir omnium crudelissimus
cum paulo sup. centesimum annū patavii tyranni
dem occupasset, ad undecim milia cives adunū
locum, sub specie concilii coactos combussit igni.

Franciscus princeps patavii. — *Comes virtutum.*

Eandem urbem dudum bello fatigatā: una cū
eius principe francisco, comes virtutū cepit: pau
loque post eodem nomine filius cum eam recu-
perasset: non multos post annos veneti longa

Veneti.

obsidione fessam, receperunt. Dedit eā franciscus

Dux: qui venetias cum duobus filiis deductus in
carcere postmodum strangulati sunt. non parvum
vestigium qualis sit fortunae fides. Nulla fere
cisalpine gallie civitas: aut barbarorum aut italorum
obsidionem direptionemque effugit. Patavium. Verona.
brixia. Mediolanum tycinum. cremona. parma. placen-
cia. mutina: relique queque eius provincie urbes
suum fatum experte frequentes subiere calamita-
tes. nos ipsi hoc nostro saeculo quotiens italiam bellis fla-
grantem vidimus: quot civitates tum hostili rabie:
tum domesticis factionibus absumptas. Possem
refferre bella que inter nos: & vicecomitum fami-
liam iam annos nonaginta, in quibus ferme
omnis italia comprehensa est, viguerunt: nisi longa
futura esset hystoria. quid loquar de sicilia. que
portio italie habetur, nego ullam orbis partem cru-
deliores tyrannos expertam. aperto preterea est
undique mari: & omnium cupiditatibus exposita
ut omnes in eam impetum pirate faciant. A
graecis: a carthaginensibus, a rhomanis possessa
diruta, ac lacerata est, & infinitis pene calami-
tatibus conferta, ut miserrima illius conditio omni
tempore fuisse videatur. possem insuper caetera-
rum nationum referre, & domi & foris ar-
ma multorum sanguine excitata. quid crudelius
bello civili: quod inter gallicos dudum magna
cum pernitie, & hominum & urbium est exortum.
Possem his adiicere regni boemorum partiumque pro-
pinquarum deflendam multorum stragem hominum, calamitate.

Franciscus & carraria dominus patavii cum duobus filiis in carcere strangulati sunt.

Civitates gallie cisalpine.

Patavium. Verona. Brixia. Mediolanum. Ticinum. Placentia. Cremona. Parma. Mutina &c. Vicecomites.

Florentia. Vicecomites.

Sicilia, portio Italie.

Tyranni

pirate

A grecis, Carthaginensibus, Romanis lacerata

Bellum civile inter gallicos

Regnum boemorum

Sed uereor ne hec ipa que retuli audiendi nobis attulerint sacietate. hoc unu dixisse sat erit. nullam unq aetate: nullam orbis partem, nullam gentem a miseria fuisse intactam, sed continuus subiectam calamitatibus extitisse: hic matheus praetermissa sunt, a te inquit poggi grauiora, ac perniciosiora, ut mihi quidem uidetur, damna malaque: quibus terraru orbis e conflictatus: in quibus maxima clades gentiu continetur: Quaenam sut ista grauiora inq a me omissa? pestilentie: fames: terremotis: quibus plurime maximeq ciuitates euerse sunt & ingens strages hominu consecuta,. Nam ut ea paucis a me recenseantur. quid crudelius: quid miserius dici: aut excogitari potest terremotibus quibus diuersis temporibus: uarys in locis urbes legimus fuisse prostratas. Aliquibus annis que uit abellis asia tempore mitridatis. At interi adeo quassatum, terremotibus est eius regnu: ut plures urbes: & centum uiginti hominu milia perisse dicantur. Augusti tempore tralles in asia in cypro plures urbes: motu terre conciderut:
Imperante tiberio tredecim asie ciuitates: in quibus appollonia ephesus: magnesia sardis: cesarea philadelfia: ostene: gerhiero, inolus temus cume mirona dia hircana: simili motu sunt absumpte:
Bithinia quoque in salvatoris passione concussa, sub neronis imperio Laodiceam hierapolim: colossem motus similis prostrauit, Tres insuper

vespasiani principatus urbes euersas conspexit. Eadē
clade sub traiano quattuor urbes periere: elea.
mirea. cyme. pytane: & antiochia subuersa:
hadriani quoque etas terre motus damna sensit.
in cesaree: ac Nicopolis ruina: M. preterea antoni
ni imperiū suis cladibus fuit insigne. Nam & +
smirna urbs concidit: & in tyro ac sydone ex
edificiorum collapsu multa hominū milia tum de
bilitata tunc extincta sunt, quod idem contigit
imperante constantio constantinij filio in multis
asie urbibus: in quibus horribili motu terre plu-
ra hominū milia interierūt:. hanc cladem ni-
comedia funditus euersa secuta ē: uicinis quoqꝫ
urbibus magna ex parte collapsis. Valentinia-
no ac ualente regnantibus terremotu p uniuer-
sum orbem facto, mare litus egressum Sicilie
multarumque insularum urbes: cum innūabili
populo oppressit, niceaque denuo penitus euersa
Archadij: honorijque aetate plurimas: europe
regiones motus terre quassauit, ac maiorem
murorum, ac turriū urbis partem, plurimaqꝫ
edificia, tum publica, tum priuata euertit:. Et
quoniam europe mentionē fecimus ipā et sua dā-
na passa est, nam in peloponesso isocratis ac platōis
tempore elicem, & buram urbes: euboee mari-
timas cum habitatoribus terre hiatus absorbuit, &
ubi antea urbes erant, nunc mare nauigijs
peruium factum, & amicle aspentibus delete.
Opuntiorum insuper ac noricorū: tresque prae-

tere a galatharum urbes sub traiano motu ter-
re dirrute. Simili peste dirachiũ est collapsum,
& plures campanie urbes euerse. Ubi pomptine
sunt paludes: plures fuisse urbes tradunt. Rauena
his adiicienda est, quam maiori ex parte prolapsam
ferut. Dictum est antea diluuia magnam partem
maritime graecie uastasse. Sed & bithinie quo-
que oppida complura ob continuã pluuiam aquar(um)
inundatione dissoluta, ac collapsa sũt. Adici tot
tantisque calamitatibus possunt, pestilentie, & fa-
mes: quibus multi mortales periere. Urbem certe
romam: cum a totila obsideretur, adeo oppressit
ut multi natorum corpora mandere cogeret:
quod idem in obsidione Ierosolime contigisse euse-
bius auctor est, tanta enĩ fames ĩ ciuitate ui-
guit, ut mulier infantem filium igni assum
mandens sit reperta, multa certe milia homi-
num, in ea perisse fame legimus. Pestis etiam
eraclij ut opinor, tempore adeo percrebuit, ut
multis diebus: ultra decem milia hominum
interirent, Adeoq(ue) uis morbi grauis fuit, ut plu-
res uelato capite se in tyberim proiceret. Sed q(uo)d
antiquiora narro? nuper cum rex anglie ro-
thomagum, gallie urbem obsideret: tredecim mi-
lia hominũ paucis diebus fames absumpsit. Idemq(ue)
pluribus ciuitatibus propter obsidionẽ legimus ac-
cidisse: nullo mõ singularũ urbium pcurrã cala-
mitates. Refert plinius tres & quinquaginta
populos: antiquo in latio deletos: quorum nulla

extat memoria. Similes & his maiores multo cla-
des reliquas orbis partes perpessas iudicandum est:
que quoniam literarum luce caruerunt in ob-
scuro latent: quae recensui scriptorum monumenta
celebriora reddiderunt, ubique enim terrarum
celestia uires suas ostendunt: nulleque ob eam causam
regiones: terremotus: pestilentiam, famem, bella
seditiones subterfugere: ualuerunt: quo patet totius
orbis calamitosam uitam fuisse: & hac communi
miseria omnem esse comprehensam humani generis
societatem. Quae cum dixisset tum ego intelligis:
inquam cosme: quantis incommodis: quantis pericu-
lis: quantis fortunae incursibus: quam aspere acerbeque
conditioni exposita sit mortalium uita. in qua ni-
hil sane tutum, nihil securum nil firmum. nil cer-
tum a miseria nobis datur: Quapropter desi-
pere mihi uidentur, qui longam aetatem. longum
uite curriculum, opes: diuitias: dignitates: tanto-
pere expetunt, at uobis omnibus exposcunt, ipsi
sibi foueam, in qua incidant preparantes: Tu
cosmus non nescio inquit: que a uobis satis diligen-
ter disputata sunt: a me uero antea de uiuen-
tium foelicitate dicta eo spectarunt: ut elicerem
opinionem uestram: potius quam ut meam sententiam
ferrem. Video enim ut antiquiora postponam:
de quibus satis copiose disseruistis: tum italie:
tum huic nostre reipublicae, quod memoria teneam
raro ullam quietem: aut a bellis nostra etate aut
a uariis calamitatibus datam. Sed semper eam,

aut lacessitam, appetitamque externis armis aut alios lacessisse: seditionibus quoque domesticis & ciuili discordia saepius laborasse: adeo ut multis seculis non licuerit, longiori quiete frui. Sed quaenam remedia nos possent ab his uitae molestiis tutos reddere. Omnibus enim tum animi tum corporis infirmitatibus: si bonos medicos nacti sumus: cura salutaris adhiberi potest, non est igitur desperandum, quin auxilia, nostris morbis reperiantur: quibus ab incursu fortunae protegamur. Ea nunquam esse reor, quae uirtute petimus necesse est. Caetera extrema uidentur. Nulloque presidio aduersus temporum iniquitatem fulcta, Vera inquit cosimus sentire uideris: & omne subsidium a uirtute in rebus humanis assentio esse petendum. Verum consideranti mihi has communes uitae acerbitates: uisum est haec aduersa ob eam rem euenire mortalibus ut aliquando nos esse homines meminerimus: hoc est imbecillis fragilisque naturae, & incerti uitae cursus: qui extenuissima re persepe conficiatur, utque a fortunae bonorum quae caduca sunt, cupiditate aduersi animum: & cogitationes nostras conuertamus ad meliora rerum studia quorum ope consilia rationis secuti: in ueram nos libertatem uendiremus. Ea erit si uitiorum reiecta contagione mentem, ad suimet contemplationem cognitionemque reuocauerimus: si contemptis sensuum deliniamentis: ac spretis uo-

luptatis illecebris parebimus imperio rationis: si
uirtutem tanquam ducem, nostrorum operum secuti:
eius praeceptis ueluti bene uiuendi magistre
obsequemur. Hec nos ab omni uitae molestia
ab omni perturbatione animi auocabit. hec ab omni
tutos reddet in foelicitate. hec arma subministra-
bit: quibus muniti contemnemus fortunae te-
la. hec admonebit opes superfluas: contemnen-
das esse: fortuitis bonis utendum, non tanquam nostris
sed commodatis ad que restituenda cum libuerit
dantis arbitrio parati simus. hec docebit, eadem
animi equitate. et possidenda illa, et relinquen-
da esse. Multa sunt ut nostis. excellentium uiro-
rum documenta, quibus instruimur, ad uitam
bene et cum ratione degendam. hac praeceptrice
si nostros uitae actus instituerimus: omnem
fortune impetum contemnemus: sed autem praecep-
tum in promptu est habendum, ut nihil agere
conemur. ex quo illa penitendi ratio oriatur,
fortunae munera si adsint non efferamur. si de-
sint leniter feramus: Illud multum nobis arbitror
profuturum: si cogitauerimus aduersam quoque da-
ri nobis fortunam, ut cum ea forti animo congressi
superiores suo certamine euadamus: non enim
in secundis probatur uirtus: sed in aduersis. Vento
prospero nulla gubernatoris scientia inspicitur sed tem-
pestate turbida, et restantibus uentis. non est
tam ualida fortune uis: ut a forti, et constanti [illegible]
uiro non superetur. Multi cum illa colluctati uictores

euaserũt. Animus á fortune imperio liberẽ. Si opes
aufert: si uires: si ualitudinem: si uxorem: si libe-
ros: equamente careamus muneribus suis: existi-
memusque id summa dei prouidentia fieri: q
rebus nris rebus consulat: cum ipse solus nouerit
quid nobis sit profuturũ: nos malis nris causam
& fomentũ prebemus: uota nrã saepius contra
nos uergunt. multa petimus in perniciem nrã;
que impetrata summa nos torquent, egritu-
dine animique miseria. Exoptamus fortunas
opes magistratus imperia, reliqua que quibus
fortuna dominatur. At ea plurimis hominibus
tum inopie, tum exilij: tum carceris, tum mo-
tis: tum summe infoelicitatis causam prebuerũt:
fugiende igitur nobis fortune sunt insidie:
& ea á nobis querenda atque expetenda pre-
cipue que nri iuris sint, que neque uiuos
deserant, neque mortuis auferantur, hec nob
uirtus ac ratio prestabũt. quarũ qui sequetur
instituta earumque consilio parebit securior ui-
uet, neque fortunã timens: neque illi subditus
aut uitae miserie: aut infoelicitati. que
cum dicta essent, multique interea domi con-
uenissent, qui cosmi opera. consilioque egeret.
Tempus est inquit mathaeus ut his reddamus:
cum satis iam inter nos collocuti simus, ut libet
cosmus inquit quãquam hi nri sermones plurimũ
mihi uoluptatis attulerint. reliquorum uoces:
aliquando molestia nõ carent.